E De castitate virginali loquitur apostol⁹ prima ad Corinth. vij. dicens. De virginibus autem preceptum nō habeo. cōsilium autem do tanq̄ misericordiam cōsecutus a deo vt sim fidelis. ⁊ sequitur. Qui autem sine vxore est sollicitus ē que domini sunt cogitare quomodo placeat deo. qui autem cū vxore est sollicitus est que sunt mundi. ⁊ quomodo placeat vxori. ⁊ sic diuisus est. ⁊ mulier inupta ⁊ virgo cogitat que domini sunt. vt sit sancta corpore ⁊ spiritu. que autez nupta est cogitat que sunt mundi. ⁊ quomodo placeat viro. ⁊ sequitur. Qui statuit in corde suo firmus nō habens necessitatē. potestatem tamē habēs sue volūtatis. ⁊ hoc iudicauit i corde suo seruare virginitatem suam bene facit. ergo qui matrimonio iūgit virginē bene facit. ⁊ qui non iungit melius facit. hoc est si in perfecta virginitate mentis ⁊ corpis perseuerauerit vsq̄ in finem. ¶ Sed hic notādum q̄ triplex est virginitas. scilicet virginitas mētis ⁊ nō corporis. virginitas corporis ⁊ nō mentis. ⁊ virginitas mentis ⁊ corporis simul. Virginitas enim corporis ⁊ nō mētis est quando castus vel casta corpore mente ⁊ volūtate fornicatur. Unde crisostomus. Sicut inquit peccatum opus sine voluntate nō facit. ita ⁊ iusticia ex opere nō cōsummat nisi ⁊ voluntas affuerit. multi enim corpore castitate student. adulterium quidem voluntate cōmittunt. cuz dūs dicat Math. v. Qui viderit mulierem ad cōcupiscēdum eam iam mechatus est eaz in corde suo. ergo volūtas sine opere frequēter peccat. Hec crisostomus. ⁊ ponit in canone. xxxij. questi. v. Sicut enim. Item augustinus in de verbis domini sermone. liij. Quid inquit prodest integra caro mente corrupta. Melius est humile cōiugium q̄ superba virginitas. Item augustin⁹ in de virginitate. Felicior inquit mihi videt nupta mulier q̄ virgo mente corrupta. Habet enim illa qō ista adhuc cupit. Illa enim vni studet placere cui data est. hec multis incerta cui danda est. ¶ Virginitas mentis ⁊ nō corporis est. quando virgo sine consensu cum dolore patitur. quod alius libidinosa violentia operatur. Unde augustinus cōtra Iouinianū libro. liij. Pudicicia inquit res est animi virginitas ⁊ corpis. deniq̄ illa permanēte integra in anima potest ista de corpore violentijs auferri. ⁊ ista integra manēte in corpore. potest illa in anima lasciua volūtate corrumpi. Hec ille. Uerūtamen violētia que virginitatem carnis aufert permanēte virginitate mentis integra. sanctitatem mētis nec carnis auferre potest. Unde augustinus. Proposito inq̄t animi ꝓmanēte. per qō etiam sanctificari meruit ipi corpori. nō aufert sanctitatem violētia libidinis aliene quam seruat perseuerātia sue cōtinētie. Hec augustinus. ⁊ ponitur in canone. xxxij. quest. v. Ita. Item ysidorus. Nō pōt inquit corpus corrumpi nisi prius animus corruptus fuerit. Munda nāq̄ cogitatiōe animi caro nō peccat. Hec ysidorus. ⁊ ponitur in cano. xxxij. q. v. Nō pōt. Item augustinus. ⁊ ponitur in canone xxxij. q. v. Magis. Magis inquit timeamus ne sensu iteriori corrupta periat castitas fidei. q̄ ne femine cōstupretur violētus in carne. quia violentia nō violatur pudicicia si mēte sumetur. quoniam nec in carne violatur quādo volūtas turpiter carne nō vtitur sed sine cōsensiōe tolerat qō alius operat. Hec ille. ⁊ hoc verū est tam de virginib⁹ ⁊ viduis. q̄ etiaz de

vxoribus. Ūñ Leo papa. ⁊ ponit̄ i canone. xxxij. q. v Ille autē. Cum hec inquit que violētiaꝫ passa est pudicitiam amisisse probari nō pōt. nullo mō cōuincit̄ fornicatiōis vel adulterij crūē incurrisse. Hec ille. Item augustinus. Cū mulier inquit nec ꝓprie libidinis instictu. nec aliene libidini cōsensu. nec viro suo languēte. vel absente. vel cōtinēter viuere cupiente alij adhesit. sed violēter aliena libidine oppressa vim pertulit. apparet q̄ nec adultera nec fornicaria dici posset. Hec augu. ⁊ ponit̄ in cano. xxxij. q. v. Puto.

¶ Virginitas mētis ⁊ corpis simul. est virginitas corpis quam cōplectitur integra mētis voluntas. ⁊ hec virginitas est gloriosa. Unde crisost. ⁊ ponitur i canone. xxxij. questi. v. Sicut em̄. Illa inquit est gloriosa cōtinētia nō quam trāsgredi nō potest necessitas debilitatis corpis. sed quam amplectit̄ volūtas sancti ꝓpositi. Hec ille. Et hec virginitas excellētissime cōmēdabilis est. ⁊ hoc spiritualiter ꝓpter tria.

¶ Primo quia virgo habēs hāc virginitatē est spiritualiter spōsa christi. Unde. ij. ad Corinth. xj. Despōdi em̄ vos vni viro virginē castam exhibere christo. In cuius rei figuram legitur Leuitici. xxj. Preceptum est summo sacerdoti virginem tātum ducere in vxorē. sed viduam. repudiatam. sordidam. ⁊ meretricem nullo mō ducere. ¶ Spiritualiter ꝑ ista quatuor genera mulierum intelligūtur quatuor genera hominum. qui a matrimonio summi sacerdotis scīlicet christi repellūtur. ¶ Per viduam intelligūtur tales quibus mortuus est actus libidinose operatiōis sed nō affectus. quos sola necessitas repellit a malo vel pudor mūdi. Tales em̄ licet nō possūt semper suam volūtatem exercere propter impotētiam erubescētiam. vel mūdi scādalum. tamē suspirāt ad ātiqua mala. sicut filij israel ad ollas carniū. vt habet Exo. xvj. ¶ Per repudiatā signātur tales qui repudiant immūda negocia. cuiusmodi essent religiosi. ⁊ omēs cōtemplatōi dediti. Juxta illud secūda ad Thimo. ij. Nemo militās deo implicabit se negocijs secularibus. sed iterum redeūtes mūdanis cōcupiscētijs et voluptatibus se opprimūt ⁊ submergūt qui bene figurati possūt per vxorem loth que egressa de sodomis ⁊ respiciēs retro cōuersa est i statuam salis. Sz certe tales ieptī sunt summo sacerdoti christo copulari. dicēte ipso in euāgelio Luce. ix. Nemo mittēs manum suam ad aratrum ⁊ respiciēs retro aptus est regno dei. Per sordidam itelligūtur tales qui libidinosis actibus diuitiarum cōcupiscētijs ⁊ ceterorum viciorum immūdicijs sordidātur. ⁊ certe omēs tales etiam idigni sunt christo cōiūgi. dicente apostolo. Ephes. v. Hoc autem scitote itelligētes quoniā omis fornicator. auarus aut immūdus qō est ydolorū seruitus non habet hereditatem in regno christi ⁊ dei. Per meretricem que cōmunis est omni homini ipsam desiderāti intelligūtur tales qui cōsentiunt cuilibet temptatōni dyaboli. Unde dicit odo in quodā sermone. Quot peccata mortalia cōmittit aliquis. cum tot demonibus anima illius tanq̄ meretrix vilissima adulterat. Unde animā taliter adulterantem sic alloquit̄ dominus per ꝓphetam. Ezechie. xvj. Tu facta es quasi mulier adultera que sub viro suo introducit viros alienos. ⁊ tales q̄uis caste viuant corpore ⁊ mente quantum ad actus venereos. tamen ꝑ eo q̄ caritate carent eorū castitas deo minime placet. Nam tales sunt sicut spica sine grano. sicut nux sine nucleo. ⁊ sicut lampas sine oleo. Et sicut dicit bernardus. Subtrahe oleū ⁊ lampas nō lucet. tolle caritatē ⁊ castitas deo nō placet. Tales etiam ⁊ similes sunt sepulchris exterius pulchre ornatis sed interi⁹ plenis mortuo⁹ fetētibus ossibus quos sic alloquit̄ christ⁹ Math. xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite q̄ similes estis sepulchris exterius dealbatis q̄ a foris apparēt hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus mortuorū ⁊ oīi spurcicia. ¶ Secundo cōmendatur virginitas perfecta ꝓpter cōformitatem inter virgines ⁊ angelos. Unde sicut dicit beatus gregorius. In carne ꝓeter carnē viuere non est vita terrena sed angelica. Itē ambrosius de cōmēdatione virginū. Supgreditur inquit virginitas cōditionē humane nature qua homies angelis assimilantur. maior tamē est virginum victoria q̄ angelorum. angeli em̄ sine carne viuūt. virgines autē cum carne triumphāt. Itez ambrosi⁹ libro. j. de virginitate. Memo inquit miret ⁊ si angelis cōparent virgines que angelorū dño copulant. Et sequit̄. vobis autem virgines sancte speciale ꝓsidiū est q̄ pudore intemerato sacrū deo seruatis cubile. Necz mirū si vobis āgeli militāt q̄ ꝓ angelor⁹ moribꝰ militatis mereī eorū ꝓsidiū castitas vginal̄. q̄z vitā mereī. ⁊ q̄d plurib⁹ exeq̄r laudē castitatis. Castitas etiā angelos fecit q̄ eā seruauit āgel⁹ est. q̄ eā pdidit dyabol⁹ est. hec ille.

¶ Tercio cōmendatur virginitas ꝓpter excellentezi muneratiōnē que sibi debet a deo. vnde vbi cōiugatis pfectis fructus triceſimus. viduis pfectis fructꝰ sexageſimus. virginibus perfectis debetur cētesimꝰ De quo fructu loquit̄ scriptura Sap̄. iij. dicens. Felix ⁊ sterilis ⁊ incoinquinata que nescīuit thorꝰ in delicto habebit fructum in refectione animarū sanctarum. ¶ Sed ꝓ apertione declatiōe istꝰ est notādum q̄ cōiugati boni ⁊ vidue pfecte ⁊ virgines perfectissime intelligūtur quasi triplex terra bona in quam ceciderunt semina verbi dei. de quibus loquit̄ christus. Mathei. xiij. dicens. Alia autez ceciderūt in terram bonam ⁊ dederunt fructum bonum. aliud centesimū. aliud sexageſimū. aliud triceſimū. Sup quo beatus augustinus in de questionibus noue legis ad cōiugatos inquit. qui sunt prima terra ptinet fructus triceſimus ⁊ merito. nam trigenarius ex ternario ⁊ denario resultat. ⁊ coniugati boni denarium eterne felicitatis recipient ꝓ obseruātia decem mādatorū ꝓ ternario triplicis boni cōiugij legitime cōseruati. Unde nuptiale bonum tripartitum est. scz in fidem. prolem. ⁊ sacramētum. In fide attendatur ne post vinculum cōiugale cum alio vel alia coeatur In prole vt proles desiderētur. In sacramēto vt cōiugium per hominem non soluatur. Secunda terra quo melior est sunt perfecte viuētes in statu viduali ad quas fm̄ Augustinū. vbi prius pertinet fructus sexageſimus. ⁊ merito. naz sexagenarius ex senarijs producitur ⁊ denario ⁊ vidue vero perfecte denariū felicitatis eterne habebunt ꝓ obseruantia decem mandatorum dei. ⁊ senario operū misericordie. quibus intente debent esse perfecte in statu viduali degentes. de quibus operibus loquitur apostolus. j. Thimoth. v. vbi viduam cōmendabilem dicit sex in

signis laudibus. videlicet si sit in bonis operibus habens testimoniū. si filios pauper educauit. si pauperes hospicio suscepit. si sanctoꝝ pedes lauit. si tribulationē patientib⁹ subministrauit. si deinde oīe op⁹ bonū subsecuta est. Tercia terra q̄ optima est: sunt pfecte viuentes in statu virginali. ad q̄s fm augu. vbi pr⁹ ptinet fruct⁹ centesim⁹ ꝛ merito. nā centenari⁹ ꝓducit ex duob⁹ denarijs. s. ex decies ꝛ decē denarius eñ regis cui⁹ est moneta imaginē tenet. ꝛ virgines pfecte babebunt duplicē coronā. s. aureā ꝛ aureolā ꝓ eo q̄ in se dupliciter summi regis inuiolatā seruauerunt imaginem. s. ꝓ obseruantiaꝫ decem mandatoꝝ dei ꝓ qua habebūt aureā. ꝛ sancte virginitatis mētis ꝛ corpis integritatē ꝓ qua habebūt aureolam. ¶ Sed ꝓ declaratōne istoꝝ duoꝝ terminoꝝ aurea ꝛ aureola est notandū q̄ fm Januen. in suo catholicon pte. v. vbi virgo. Prīa est pmium essentiale qđ est gaudiū qđ habebunt omnes sancti in celo in dei visione. ꝛ istud pmium siue gaudiū aurea appellat. Item est quoddā aliud pmiū accidentale qđ aureola nuncupat. qđ debet specialiter martiribus: virginib⁹ ꝛ doctorib⁹ siue p̄dicatorib⁹ sacre scripture. ꝛ est aureola qđdā puellegiatū pmiū puellegiate creature respondens. ꝛ fm puellegiatas victorias in tribus pugnis q̄ cuilibet homini imminent aureole sumunt. In pugna eñ q̄ est cōtra carnē ille potissime victoriam obtinet q̄ a delectationib⁹ venereis q̄ sūt p̄cipue in hoc genere oīno abstinet ꝛ qz vgines potissime a talib⁹ delectatōib⁹ abstinēt. igit virginib⁹ debet aureola. In pugna vo qua mundus impugnam⁹ illa p̄cipua est victoria cū aliqs psecutionem ꝓ xpo ad mortem sustinet. Unde martirib⁹ q̄ in ista pugna potissimn victoriā obtinent aureola secunda debet. In pugna vo qua ꝓtra dyabolū pugnamus illa est p̄cipua victoria cū aliquis hostē nō solum a se: ꝫ etiā a cordib⁹ alioꝝ remouet. Et qz illud fit p̄cipue p̄ doctores ꝛ p̄dicatores verbi dei. iō doctoribus ꝛ p̄dicatorib⁹ fidelib⁹ tercia aureola debet. Vel aliter dici pōt q̄ iste tres aureole vande sunt p̄dictis trib⁹ psonarū manerieb⁹. fm q̄ in illis reperiuntur tres actus triū viriū anime potissimi. Ānvis cōcupiscibilis actus potissim⁹ est a delectationibus maximis abstinere cuiusmodi sunt delectatōes que sunt in actib⁹ venereis. ꝛ qz vgines pfecte a talibus delectationib⁹ p̄cipue se abstinēt. iō vginib⁹ debet aureola vna. Et est hic notandū q̄ sicut dicit Januen. si aliqua vgo ꝓ violentiā oppressa fuerit. non amittit ꝓpter hoc aureolā. dummodo ꝓpositū ppetue virginitatis seruāde inuiolabiliter fuet illi actui nullo modo ꝓsentiens. qz nec ꝓpter hoc virginitatez mentis pdit. ꝛ hoc dico siue ꝓ fide siue ꝓ quacunq̄ alia causa violenter corrumpat. sed si hoc ꝓ fide violenter sustineat. hoc erit ei meritū. ꝛ ad genus martirij ptinebit. Uñ sancta lucia dixit. Si me inuitaꝫ violari feceris mihi castitas duplicabit ad coronam. Mā q̄ habeat duas vginitatē aureolas. ꝫ qz duplex pmiū reportabit illa mente vnū ꝓ virginitate custodita. aliū ꝓ iniuria quā passa est. Uis ſraſcibil⁹ act⁹ potissim⁹ est mortē ꝓpter xpm patienē sustinere. Et qz iste act⁹ reperit potissime in martirib⁹. iō martiribus specialiter debet aureola secunda. Et vis rōnat potissimus actus est veritatē fidei cognoscere ꝛ illā in alios diffundere. ꝛ qz iste actus reperit principalit in doctorib⁹ ꝛ p̄dicatorib⁹ vbi dei. iō doctorib⁹ ꝛ p̄dicatorib⁹ verbi dei debet tercia aureola.

Capitulum. VII

Quarta species luxurie q est incestus q̄ est ꝓsanguineoꝝ vel affiniuꝫ abusus. vnde ꝛ incestuosi dicunt q̄ cōsanguineis vel affinib⁹ suis abutunt. sub q̄ specie luxuria sacerdotū. religiosoꝝ. ꝛ sanctimonialiū ē cōtenta. Ista species luxurie ꝓhibet a vo Leui. xviij. Omnis hō ad ꝓximā sui sanguinis nō accedat vt reuelet turpitudinē eius. ¶ Unde ꝛ magnitudo huius peccati potest patere ex multis. ¶ Primo ex pena quā ordinauit deus huic pctō corrīdere. vñ a sapiente ꝛ iusto iudice ꝓporcionat sp pena delinq̄ntis quantitati culpe. iuxta illud Deut. xxv. Pro mēsura peccati erit plagaꝝ mod⁹. sed de⁹ sapientissim⁹ ꝛ iustissimus tuper ordinauit hoc pctō deꝓhensos puniri pena mortis vt ꝓz Leui. xviij. vbi legit q̄ post q̄ ꝓhibuit incestū ꝛ vicīū cōtra naturā ꝓ illis sinistauit dñs. d. Omnis ania q̄ fecerit de abhominationib⁹ his quippiā peribit de medio populi sui. Item Leui. xx. Qui dormierit cū nouerca sua. ꝛ reuelauerit ignominiā patris sui morte moriant ambo. sanguis eoꝝ sit super eos. Si q̄s dormierit cū nuru sua vterq̄ moriat qz sceleꝝ opati sūt. sanguis eoꝝ sit super eos. ꝛ sequit. Qui supra vxorē filiā matrē ei⁹ duxerit sceleꝝ opatus est. ꝛ viuus ardebit cū eis. ꝛ seq̄t. Qui acceperit vxorē filiā suaꝫ patris sui vel matris sue. ꝛ viderit turpitudinem eius illaq̄ ꝓspexerit fratris ignominiā. nephariā rem opati sunt. occidētur ambo in cōspectu populi sui. ¶ Secūdo potest ostē di grauitas hui⁹ peccati ex hoc q̄ ap'ls sathane cruciādū tradidit vnū fornicatorē q̄ cū nouerca sua peccauerat sicut ꝓz. j. Coꝝ. v. Tercio pōt oñdi grauitas hui⁹ pctī ex hoc q̄ pctm istud hoiem sil'em reddit iumentis q̄ in ope illo nō ꝓseruāt ꝓsanguinitatē ꝛ iō merito de taliter peccāti dici pōt illud ps. Comparat⁹ ē iumentis insipientib⁹ ꝛ sil'is factus ē illis. ¶ Quarto pōt oñdi grauitas hui⁹ pcti ex hoc q̄ peccatū istō inhabilitat psonas cū eo infectas licita ducere cōiugia. Ān greg. Nec eā inq̄t quā aliquis ex ꝓpria cōsanguinitate ꝓiugē habuit vl' aliq̄ illicita pollutione inclinauerit in ꝓiugiū ducere vlli xp̄ianoꝝ licet vel licebit. qz incestuosus est tal' coit⁹ ꝛ abhoīabilis deo ꝛ cunctis hoib⁹. Incestuosos aūt in nullo ꝓiugi noīe deputādos a sanctis patrib⁹ statutū esse legim⁹. hec greg. ꝛ ponit i ca. xxxv. q. ij. Nō eā. Item xxxij. q. vij. si q̄s viduā. Si q̄s inq̄t canō viduā vxorem duxerit ꝛ postea cū filiastra sua fornicat⁹ fuerit seu cū patre ꝛ filio. seu cū duab⁹ sororib⁹. aut si q̄ cū duob⁹ fratrib⁹. seu cū patre ꝛ filio. si q̄s relictaꝫ fris si q̄s neptē aut nouercā aut nurū aut cōsobrinā aut filiā auunculi aut ei⁹ relictā polluerit. eos disiungi ꝛ vlterius nunq̄ cōiugio copulari p̄cipimus. hec ibi. Item. xxxiij. q. ij. In lectum. In lectū inq̄t canon mariti absente vxore sororis suit vxoris. quā ille vxorē suam eē putans dormiuit cū ea. sup hoc visum est ipe ꝓ securitatē verā hoc ꝓbauerit q̄ nesci⁹ fecerit b̄ scelus pniam q̄dē que sibi indicata fuerit faciat. legitimū vo coniugiū suum habere ꝓmittat. Illa vo di-

gna vindicta affligat & in eternū cōiugio priuet. De simpliciter fornicantib⁹ aut de duab⁹ sororib⁹. vt cū matre & filia. vel cū patre & filio idē accipiendū ē vt ignorantib⁹ priugia nō negent. scientib⁹ ppetue phibeant. hec ibi. Item. xxxiij. q. ij. Si qs cum duabus Si qs in̄t canon cū duab⁹ sororib⁹ fornicat⁹ fuerit & sororē sororem ei⁹ quā antea stupr̄auit non intellexit. si digne penituit & se cōtinere nō valuerit post se ptē annos illis cōiugia nō negent. si aūt nō ignorauerint vsq; ad mortē a priugio abstineant. Itē si qs cū matre & filia fornicatus est ignorante mre de filia & filia de mre. ille nunq; vxorē accipiat. ille vo si voluerint accipiant maritos. si aūt sciuerint ipse femine absq; marito maneant ppetue. Itē qdā fornicat⁹ est cū quadā muliere. & postea fili⁹ nesciens pīs factū stupr̄auit eandē. qō cū pater nesciret de se filioq; pfessus est. statuerūt meli⁹ vt raliter lapsis cū digna pnia legitima priugia pmittant q̄ forte deteri⁹ delinquant. fornicaria aūt sine spe priugij maneat. hec ibi.

¶ Sed hic forte querit aliq̄s vtrū liceat alicui homini aliquam mulierē ex ppria cognatiōe ducere in vxorē. Et q̄ licitū sit exemplis & auctoritatib⁹ sacre scripture videt esse pbabile. Nam abraā saray filiam fratris sui aram sororem loth in vxorē duxit. vt pt̄z Gen. xj. Item ysaac rebeccā in coniugiū accepit que erat filia bathuel cōsobrini matris sue. vt patet Gen. xxiiij. Jacob etiam duas sorores. s. Lyam & rachel filias auunculi sui laban sibi matrimonio sociauit. vt pt̄z Gen. xxix. ¶ Item in lege data p̄cepit dominus moysi vt nullus duceret vxorem nisi de propria tribu & familia. Item si aliq̄s moreret sine liberis p̄cepit dñs vt frater eius vxorem defuncti sibi copularet. & ex ea semen fratri suo suscitaret. vt patet Deutr. xxv. Quib⁹ suppositis arguitur sic. Omnes homines ad quos lex dei puenit p̄ceptis illi⁹ legis tenent esse subditi nisi in his que euangelicis mandatis vel apostolicis institutis esse euacuata monstrantur. q̄ cum nullo euangelico p̄cepto nec aliquo aplico instituto psanguineox matrimoniales cōiunctiones phibite inueniunt. sequit q̄ sicut in lege nature & in lege mosayca. ita & nunc licita hmōi cōnubia eē vident. Hic dicit q̄ hanc dubitatōnē mouet canon xxxv. q. j. ca.). Et rndet ibidem ad eandē dubitationem dicens q̄ cōsanguineox cōiunctiones quadaz causa iusta & rōnabili fuerunt imperate. Nam cū in principio vn⁹ & vna ex eius latere mulier a deo formarent. necessario ppter multiplationē generis humani fratres & sorores a primis parentib⁹ descendētibus ad inuicem iungebant. sed illud qō tunc licitum erat necessitate cogente. cessante necessitate pariter cessare oportet. Tanto igit̄ damnabili⁹ vsurpatur cōsanguineox cōiunctio. quanto min⁹ necessaria cōprobat. Ūn & huiuscemodi copula testante lege phibita inuenit. dño dicente p̄ Moysen. Turpitudinē sororis tue nō revelabis. Leui. xviij. Et huic pcordat beat⁹ aug⁹. in de ci. dei. & ponit in ca. xxxv. q. iiij. Cum igit̄. vbi sic. Cum igit̄ inquit gen⁹ humanū post primā copulā viri facti ex puluere & cōiugis eius ex viri latere mariū feminarūq; cōmixtiōe op⁹ haberet vt gignendo multiplicarent nec eē ntylli homines nisi q̄ ex illis duob⁹ nati fuissent viri cōiuges sorores acceperunt. qō in facto est antiquius cōpellente necessitate. tanto postea factū est damnabilius relisione phibente. habita est em̄ illis rō certissima charitat̄ vt hoies qb⁹ esset vtilis atq; honestissima cōcordia diuersarū necessitudinū vinculis nectarentur. nec vn⁹ in vno multa haberet. q̄ singule spergerent in singulos ac sic ad socialē vitā diligenti⁹ plurime plurimos obtinerent. pater q̄ppe & socer duarū sunt necessitudinū nomina. Ū igit̄ qs habeat aliuz patrē. aliū socerū numerosi⁹ se caritas porrigit. vtrū q; aūt vn⁹ adam esse cogebat & filijs & filiab⁹ suis qū fratres sororēsq; cōiugio iungebant. sic & eua vtriq; sexui filiox fuit & socrus & mater. q̄ si due femie fuissent. altera mater. & altera socrus. copiosius se socialis dilectio colligaret. Sz hoc vñ fieret tunc nō erat qñ nisi fratres et sorores ex illis duob⁹ primis nulli homies erant. Fieri igit̄ debuit qō potuerit vt exīte copia vnde ducerent vxores q̄ iam nō erant sorores nā solū illud nō fieret vbi nulla necessitas esset. verumetiā sic fuit q̄ hūano genere crescente etiā ipios deox multox falsorūq; cultores sic obseruari cernimus vt & puersis legib⁹ pmittant fraterna cōiugia. melior tū psuetudo ipsam mallet exhorrere licentiaz sicq; aduersek quasi nunq; licere potuerit. Copulatio igit̄ maris & femine quantū attingit ad gen⁹ humanū qōdā seminariū est charitatis. Celestis vo ciuitas opus habet vt noxā generatiōis euitet. Hac itaq; psuetudie q̄ ab ipo exordio humane ppagationis originē babuit q̄ nulla lex cōtra iubendo euacuerat. excusant abraam: ysaac & iacob. & ceteri q̄ de propria cognatione ducebant vxores q̄uis etiā alia cā rectissime ratiōis q̄ id factū sit possit nitere. ceteris idolatria feminatis sola familia heber in cultu vni⁹ dei remansit. Ūñ abraam a chaldeis cū fratre suo in ignē quē adorare nolunt ꝓiect⁹ est vt numine sue deitatis exurendo sentiret quē vrendo colere cōtempsit. Re ergo cōiunctiōe infideliū fideles ad ydolatriam laberent & ita deū offenderēt sicut quondā añ diluuium filij dei cōmixti cū filiab⁹ hoīm xp̄m ad iracundiā ꝓuocauerāt. Rectissime cautū est vt patriarche viri sanctissimi nō nisi de ppria cognatione. i. de familia fideliū sibi vxores accipent. Hinc etiā cū filij israel intraturi terrā pmissiōis a dño audirēt. ne filias chananeox sibi vxores accipent nec suas eis nuptui traderent. statim subiunxit dñs. ne faciant vos recedere a deo vestro et fornicari cum dijs alienis. Hinc etiā esdras ydumeas atq; aliax nationū mulieres p q̄s filij israel ibant ad deos alienos ab eis separari iussit. Et etiā alia cā q̄re cōsanguineox piunctiones in pplo pmū pmisse vt potius imperate fuerunt deus sic ab initio salutem humani generis dispensauit vt primitiuā ecclesiā in illo populo institueret q̄ sibi carnis cōsanguinitate erat ppinqui⁹. Ū de plebe iudaica pmū apostolos elegit quos q̄i fundamentū ecclesie instituit. quox p̄dicatione de eadē plebe multi ad eū cōuersi in seipsis originē ecclesie pstiterunt. deinde in cecitate sue pfidie iudaica plebe relicta ad gentes que tam fide quā cognatiōe carnis a xp̄o erant aliene. p̄dicatio euangelica trāslata est quasi cōsanguinee copulā xp̄s aspernatus de aliena cognatione sibi vxorē elegit adimplens illō qō p ꝓphām predixerat. In peccatis vestris dimisi matrē vestrā quasi adulterā & repudiatā. Et iterū p ali-

um ꝓphetam. vocabo nō vlebē meā plebē meā. In huius ergo rei sacramentū ꝓsanguineoꝝ ꝓiūctiōes in primis ppʾo ꝓmisse sunt. nūc aūt ꝓhibite. ⁊ qʾnō in vna tm̄ familia ꝫ in oi multitudine gentiū fidelīū ppʾs inuenīt nō de ꝓxia cognatione ꝫ de qualibet alicubicūqꝫ vxorē ducere ꝓcedīt. Illud aūt quo ꝑce pta legis seruanda dicunt q̄ nec euāgelicis nec apʾlicis institutis euacuata ꝓbant. verū q̄dem est. ꝫ cum oia signa figuralia apʾs ꝓbet ad tps esse data. atqꝫ tō veniente veritate affirmet illa nō vltra esse seruāda. Hec aūt vt supra mōstratū est cā sacri a deo istitutū esse ꝓbet. ⁊ hoc cū ceteris figuralib⁹ euacuatū certissime ꝓstat. qꝫqꝫ sicut apʾs quedā ꝓsulēdo addidit q̄ euangelicis ꝑceptis nō inueniebant definita. nec tm̄ ideo tanqꝫ temeraria siue superflua ab alijs apostolis sunt repudiata. Sic ⁊ ecclesia prima apostolica instituta quedā ꝓsilia pfectōis addidit. vtputa de cōtinentia ministroꝝ. de cōfectōe misterioꝝ. de celebratione officioꝝ q̄ nullaten⁹ sunt repudianda. sed diligenti veneratiōe suscipiēda. Cōsanguineoꝝ ergo cōiunctiones qbus euangelicis ⁊ apostolicis ꝑceptis nō inueniant ꝓhibite sunt tm̄ fugiende. qz ecclesiasticis institutionib⁹ inueniunt interminate. ℔ canon. Quia ergo a cōsanguinioꝝ ꝓiūctionib⁹ sicut ꝑ batū est abstinere oportet. videndū est vsqꝫ ad quez gradū a ꝓsanguineis abstinere opteat. ¶ Sed ꝑ isto est notandū q̄ Januen. in suo catholicon pte. v. vbi cōsanguinitas. dicit q̄ cōsanguinitas est vinculū ꝓsonaꝝ ab eodem stipite descendentiū carnali ꝓpagatione cōtractū. Et dicit cōsanguinitas a con. ⁊ sanguis quasi cōem sanguinē hūtes. Et scias q̄ fm canonē duo fratres sunt in ꝓmo gradu. filij duoꝝ fratrū in secundo gradu. nepotes eoꝝ fratruz in tercio gradu. ꝓnepotes in quarto gradu. Grad⁹ aūt est habitudo ꝓsonaꝝ distantiū in quo cognoscit q̄ generationis distantia due ꝓsone inter se differāt. Sz q̄d si alique ꝓsone attinent sibi ex vna ꝑte in secundo gradu vel in tercio. ex alia vō ꝑte in quinto. nunq̄d possunt cōtrahere matrimoniū. Dico q̄ sic qz standū est in remotiori ꝓsone cōsanguinitate. In ℔ em̄ casu remotior ꝓsona extra metam cōsanguinitatis existit. vñ nō attingit illi exquo de eius ꝓsanguinitate nō est. qm̄ sicut olim oīs ꝓsanguinitas in septimo gradu terminabat. ita hodie in quarto saltem quo ad ꝓhibitionē copule cōiugalis. Et dicit cōsanguinitas quasi sanguinis ꝓpinquitas. Vñ cōsanguinei dicti sunt q̄ ex vno sanguine. i. ex vno patris semine nati sunt. hec Januen. ¶ Sed ꝑ apertiori declaratione hui⁹ mie. s. ad oñendum qualiter consanguinitas impedit matrimoniū cōtrahendū ⁊ dirimit matrimoniū ꝓtractū: est notandū q̄ sicut dicit Iohānes de burgo in li. suo q̄ intitulat ꝑupilla oculi. ꝑte. viij. ca. ix. Triplex est cognatio. Prima carnalis q̄ dicit cōsanguinitas. Secunda spūalis que dr cōpaternitas. Et tercia legalis q̄ dr adoptio. de q̄ bus singillatim dicet. Est aūt cōsanguinitas vinculum ꝓsonaꝝ ab eodē stipite descēdentiū. vt supra ctē. Vñ et cōsanguinei dicunt ex vno sanguine ꝓceden tes. Cōsanguinitas em̄ habet tres lineas. i. triplici ordine ꝓcedit. ¶ Prima nanqꝫ linea est ascendentium. vt pater: auus: pauus. ⁊ ascendendo ꝑ feminis vt mater: aula: paula. ⁊ ita de alijs. ¶ Secūda linea est descendentiū. vt filius: nepos: ꝓnepos ⁊c. de feminis. filia. neptis. ꝓneptis ⁊c. ¶ Tercia linea ē col lateraliū. s. a latere venientiū que etiā linea transuersalis dicit vt fratres ⁊ filij fratrū q̄ patrueles dicuntur. de feminis vt sorores ⁊ filij duaꝝ sororꝝ q̄ dicuntur cōsobrini ⁊ filij eoꝝ. ⁊ sic ꝓgrediendo a latere. Sūt etiā in qualibet linea cōsanguinitatis grad⁹ multi. Et est alius grad⁹ vt hic loquit determinata ꝓpinq̄ tas ꝓsone ad ꝓsonam fm consanguinitatē. Gradus ꝓpe inueniūt in linea ascendente ⁊ descendente. minus aūt ꝓxie in linea transuersali. Gradus vtiqꝫ cōsanguinitatis sic cōputat in linea ascendentiū ⁊ descendentiū. quelibet ꝓsona addita alteri ꝑ carnis ꝓpagationē facit gradum. vt pater ⁊ filius sunt in primo gradu. nepos in secundo. ꝓnepos in tercio ⁊ abnepos in quarto. ⁊ ita de feminis est dicendū. In linea igit ascendentiū ⁊ descendentiū est ꝑ regula obseruanda q̄ tot sunt gradus quot sunt ꝓpagatiōes. sed in omni linea ꝓpagatōnū ꝓsupponit vna ꝓsona nō ꝓpagata in illa linea. ꝫ est principiū illius linee. Undevbi sunt quatuor ꝓsone in linea descendentiū vel ascendentiū ꝓnumerato stipite quarta ꝓsona distans a stipite est in tercio gradu. Et si fuerint quinqꝫ ꝓsone. quinta ꝓsona sic distans est in quarto gradu. ⁊ ita de alijs. In linea vō transuersalium quādo ꝓsone inequaliter distant a stipite cōmuni. vtputa si vna ꝓsona sit in secundo gradu consanguinitatis. Alia vō in tercio vel in quarto gradu. gradus cōsanguinitatis debent cōputari fm gradum remotioꝛez a stipite. quia quanto gradu distat remotior ꝑsona a stipite. tanto gradu distant ille ꝑsone inter se. Regula quidem approbata est q̄ quoto gradu remotior ꝑsona distat a stipite: tanto gradu distat a qualibet ꝓsona ꝑ aliam lineam descendentium ab eodem vt patet extra de cōsanguinitate ⁊ affini. ca. vl. Secundū vō canones in linea collaterali duo fratres sunt in primo gradu. horum filij in secundo. ⁊ filij dictorum filioꝝ in tercio gradu ⁊ sic vlterius ꝓcedendo. ¶ Et huic carnali cognationi que dicit ꝓsanguinitas annectit affinitas que etiam impedit matrimoniem cōtrahendum. ⁊ dirimit matrimoniū cōtractū. vt dicit Iohannes de burgo libro quo pr̄us parte. viij. ca. x. Et est affinitas ꝓpinquitas quedam ex carnali cōmixtione mediante cōsanguinitate ꝓuenies vt dicit doctor iste ibidem. oritur affinitas tam ex coitu fornicario qꝫ etiam ex matrimoniali seu legitimo. ⁊ generaliter ex omni carnali cōmixtione ꝑ quā vir ⁊ mulier dicuntur efficivna caro Et qz ꝑ pollutionē extra vas ad hoc naturaliter ordinatum. vt ꝑ fractionē claustroꝝ absqꝫ feminis infusione nō efficiunt vir ⁊ mulier vna caro per talem effusionē. pollutionē. vel effractionē ⁊ similia nō ꝓuenit affinitas. Si aūt vir ꝓuenerit ad emissionē seminis in vase deputato. etiā ⁊ si mulier nō emittat semen ꝓtrahit affinitas. Et notandū q̄ omnis cōsanguinitas vxoris mee. s. vsqꝫ ad quartum gradum inclusiue sunt mihi affines ⁊ in eisdem gradib⁹ quib⁹ sunt cōsanguinei vxoris mee. vtputa cōsanguineus vxoris mee in primo gradu est mihi affinis in ꝓmo gradu. ⁊ ita de alijs. Similiter oīes consanguinei mei modo ꝓdicto sunt affines vxoris mee. ⁊ in eisdē gradibus quibus sunt consanguinei mei. Et quod

dixi de vxore mea intellige de quacūq; alia muliere a me carnaliter cognita. qz p coitum fornicariū ꝓtrahit affinitas vt dictū est. ꝛ tñ cōsanguinei mei nullo modo sunt affines cōsanguineis vxoris mee. nec inter eos matrimoniū ꝓhibetur. Unde pater ⁊ filius ꝓtrahere possunt cū matre ⁊ filia. ⁊ duo cognati cuz duab⁹ cognatis. ⁊ auunculus et nepos cū duab⁹ sororib⁹. Et sicut debet vir abstinere a matrimonio cōsanguineaꝝ suaꝝ ꝓpriaꝝ. ita a matrimonio ꝓsanguineaꝝ vxoris sue ꝓpter affinitatē ⁊ similiter vxor a cōsanguineis mariti sui abstinere debet sicut a ꝓpriis Et q̄uis nullā feminā de ꝓsanguinitate vxoris mee licet mihi ea mortua cōiugem accipe ꝓpter affinitatem impedientē. tamen femine q̄ fuit vxor alicui⁹ cōsanguineoꝝ vxoris mee bene possuz in matrimonio copulari. vtputa relicta fratris vxoris mee. ⁊ ita de alijs inferioꝛib⁹. Similiter ⁊ vxor mea lz nō poterit post mortē meā accipe aliquē de ꝓsanguinitate mea in matrimonio. tñ virū q̄ olim fuit maritus alicui⁹ femine de consanguinitate mea bene potest accipere. Et notandum q̄ affinitas p̄cedens sponsalia vel superueniens eis impedit ⁊ dirimit sponsalia ⁊ matrimoniū si forte secutum fuerat. sed affinitas supueniens matrimoniū non dirimit matrimoniū p̄cedens siue fuerit carnalis copula ꝓsummata siue nō. ℰ

¶ Secunda cognatio que vt supra dī impedit matrimoniū ꝓtrahendū ⁊ dirimit matrimoniū contractum est cognatio spūalis. que est ꝓpinq̄tas ꝓueniens ex hoc q̄ aliq̄s ꝓfert sacramētū baptismi seu cōfirmatiōis. seu suscipit vel tenet eū cui sacramentuz ꝓfert. ⁊ cōtrahit cognatio spūalis inter baptizatū ⁊ eū q̄ suscipit illū. ac etiā inter baptizatū ⁊ filios suscipientis ⁊ hoc siue sint legitimi siue non. ꝛ nō sic de adoptiuis. qz filij adoptiui suscipientis legitime copulare poterunt baptizato fm Innocē. Itē ꝓtrahit cognatio spūalis inter baptizatū ⁊ vxorē suscipientis si ante susceptionē fuerit ab eo cognita. Itē inter suscipientē ⁊ parentes. s. patrem ⁊ matrē baptizati. ac etiā inter baptizatū ⁊ vxorē baptizantis pri⁹ cognitam ab eodē. ac etiā inter baptizantē ⁊ patrē matremq; baptizati. Tot etiā modis cōtrahit cognatō spūalis ex cōfirmatione seu frontis crismatisatione videlz inter cōfirmatū ⁊ suscipientē. inter ꝓfirmatuz ⁊ filios suscipientis. inter ꝓfirmatū ⁊ vxorē suscipiētis prius cognitam ab eodē. Item inter suscipientē ⁊ vtrunq; parentē cōfirmati. Item inter cōfirmantē ⁊ confirmatū. Item inter cōfirmatū ⁊ filios cōfirmātis. Item inter cōfirmatū ⁊ vxorē confirmantis prius cognitam ab eodem. Item inter confirmantem ⁊ vtrunq; parentē confirmati. Et cognatio spūalis quocunq; modoꝛ dictoꝝ ꝓtracta impendit matrimoniū ꝓtrahendum ⁊ dirimit matrimoniū contractum. Inter vo alias psonas q̄s supradictas nō orit cognatio spūalis que matrimoniū cōtrahendū impediat. aut cōtractum dirimat quacunq; cōsuetudine ꝓtraria non obstante. Item spūalis cognatio nō ꝓcedit ad nepotes ⁊ vlteriores. Licet em̄ filia mea spūalis nō posset ꝓtrahere cum filio meo naturali. bñ tñ potest cum filio filij mei. Similiter filij duoꝝ cōpatrū p̄nt matrimoniū cōtrahere siue sint geniti ante siue post cōpaternitatē. excepta sola psona per quā paternitas est cōtracta q̄ nunq; potest copulari alicui filioꝛ patris sui spūalis. Item lz filius nō possit ꝓtrahere cum illa quā pater leuauit. pater tñ cōtrahere potest cum illa quā filius eius. s. patris leuauit. Item lz nō possit cōtrahere cum filia mea spūali. tamen cū sororefilie mee spūalis possit contrahere. Item in casu potest quis licite cū duabus cōmatribus copulari. vt si tua prima vxor tenuit filiū alterius mulieris anteq; tu misceueras ei. poteris mortua illa habere alterā illam. ꝛ si tenuit filiuz eius postq; a te fuit cognita non poteris secundaz habere eo q̄ compater eius factus es. Si autē aliqua mulier tenuerit filiū vxoris tue quem de alio viro habuit. ista mulier est cōmater vxoris tue. ⁊ nō tua. siue illa sic tenuerit anteq; inter te ⁊ vxorē tuā interueniat copula siue post. iam poteris illā mortua tua ducere. Similiter si filius tuus quez de alia genuisti ab aliquo suscipiat. ille suscipiens est cōpater tuus ꝛ nō vxor tue. ideo ⁊ te mortuo posset ille cōpater tuus cōtrahere cum illa que erat vxor tua. Item sicut cōpaternitas transit ad vxorē que fuerat a viro prius cognita carnaliter eo q̄ iam effecti sunt vna caro. sic ex cō pari ratione videtur transire ad aliam mulierē carnaliter ab eodem cognitam q̄uis nō sit vxor eiusdem. qz sic coeuntes vt dictum est vna caro efficiuntur.

¶ Tercia cognatio impediens matrimoniū est legalis cognatio que fit p adoptationem. cui⁹ triplex ponit species. Una est ascendentiū. que oritur inter adoptantem ⁊ adoptatum. siue sit adoptatus in filium siue in nepotem. siue et mulier sit adoptata in filiam siue in neptam. ⁊ hec cognatio indistincte impedit matrimoniū. qm̄ pater adoptator nō pōt contrahere cum filia adoptiua. neq; cū nepta adoptiua. ⁊ sic de alijs. xxx. q. iij. Ita diligere. ¶ Secunda species est collateraliū. vtputa inter filiū meū naturalem. ⁊ filiam meā adoptiuam. ⁊ hec cognatio impedit matrimoniū q̄diu durat adoptatio ⁊ sit in eiusdem patris potestate. ea vo soluta. siue p mortē patris illius siue per emancipationē filij naturalis aut etiam adoptiui non impedit. ¶ Tercia species ꝓgnationis legalis est quasi legalis affinitas inter patrē adoptantem ⁊ vxorem filij adoptiui. similiter inter filium adoptiuū ⁊ vxorē patris adoptantis. ⁊ lz omni tempore impedit matrimoniū. qm̄ pater adoptās nunq; potest cōtrahere cuz illa que fuit vxor filij sui adoptiui etiam post emancipationē. Similiter filius adoptiuus post mortem patris qui eum adoptauit non potest contrahere cum illa que fuit vxor illius patris qui eum adoptauit. ¶ Filius adoptiu⁹ potest cōtrahere cū filia illegitima patris adoptantis eum. ⁊ fili⁹ ille adoptiuus cū filia adoptiua. Item si filius adoptiu⁹ durante adoptione cōtrahat cū filia legitima adoptantis soluit matrimoniū. Item due psone. s. vir ⁊ mulier ab eodem patre adoptante possunt ad inuicem ꝓtrahere cū nunq; inueniat hoc esse ꝓhibitū. sicut etiā duo spūales filij alicui⁹ inuicem cōtrahere possunt. ⁊ spūales cū adoptiuis. Item inter optantem ⁊ patrem adoptati siue matrem nulla cōtrahit cognatio. ¶ Pro intellectu p̄missoꝝ nota q̄ adoptio siue adoptatio est extranee psone in filium vel nepotem siue deinceps sumptio legitima. qz p adoptationē q̄ filius non est pro filio habet. Hec Iohannes de burgo.

Capitulum VIII

Vinta species luxurie

Quinta est vicii ꝓtra naturā. qđ pluribus modis fieri pniciosis cōtingit. Uno modo cuz sine omni cōcubitu causa delectatōis venire pollutio ꝑ curet. z vocat pctm̄ immundicie. ij. Corinth. xij. vbi dicit. Non egerunt penitentiā sup immunditia & fornicatione z impudicicia q̄s gesserunt. Itē vocat peccatum istud mollicies. Ūñ. j. Cor. vj. Neq; fornicarij: neq; idolis seruētes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculoꝝ cōcubitores regnū dei possidebunt Illo mō ꝓtingit fieri dictū vicii ꝑ cōcubitū ad rem alterius speciei. vtputa cū iumentis. De q̄ Leui. xx. Qui cū iumento z pecore coierit. morte moriat. pecus quoq; occidite. Mulier que succubuerit cuilibz iumento simul interficiat cū eo. Tercio mō fit ꝑ cōcubitum ad indebitum sexū. vt puta masculi ad masculū. De quo dr Leui. xx. Qui dormierit cū masculo coitu femineo vterq; opat⁹ est nephas morte moriant. sit sanguis eoꝝ sup eos. Quarto modo si nō seruet vsus naturalē. vtputa cū vir modo bestiali coierit cū muliere. vl' cū mulier supgressa viro abutit. Roma. j. Masculi relicto vsu naturali. femine exarserunt in desideriis suis in inuicē masculi cū masculis turpitudinem opantes. z femine eoꝝ mutauerūt vsum naturalē in ipsum q̄ est contra naturam. Inter omnia em̄ peccata carnalia peccatū ꝓtra naturā qđ istis quatuor modis cōmittit est grauissimū. Unde aug. in de adulterinis ꝓiugijs. Adulterij inquit malum vincit fornicationē. vincit autē ab incestu. pei⁹ est em̄ cum matre q̄ cū aliena vxore cōcumbere. sed omniū horū pessimū est qđ ꝓtra naturam fit. Hec aug. z ponit in ca. xxxij. q. vij. Quemadmodū ¶ Unde magnitudo huius peccati ostēdi potest quattuor modis ¶ Primo ꝑ testimoniū scripture q̄ hoc peccatū asserit esse maximū. quale est illud Gen. xiij. vbi dicit q̄ homines sodomite erant pessimi. z pctōres coꝝā dño nimis. Item gen. xviij. dicit dñs. Clamor sodomoꝝ z gomorreoꝝ multiplicat⁹ est. z pctm̄ eoꝝ aggrauatū est nimis. descendā z videbo vtrū clamorem q̄ venit ad me ope compleuerint. an nō est ita vt sciā. Sup quo greg. Nouitas inquit tāte rei inaudite turpitudinis quasi admirationē z dubitationem parit in audiente. imo intantū q̄ deus q̄ oīa nouit anteq̄ fierent. quasi admirando z dubitando loquit de tanto scelere introducto dicens. descendā z videbo ꝛc. q. d. Incredibile em̄ mihi videt hoiem tantuz flagitiū ppetrasse. Laborantes em̄ hoc vicio hostes sunt dei z generis humani. nā deus masculū z feminam creauit vt multiplicarent homines. isti operam dant vt minuant hoies. Ideo hoc peccatū numeratur vnum quasi potissimū inter quatuor vicia q̄ vindictam clamant ad deū. Quoꝝ primū est homicidium. de quo gen. iiij. dixit dñs ad cayn q̄ occidit abel fratrem suū. qđ fecisti vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. nunc igit maledict⁹ eris sup terrā que aperuit os suum z accepit sanguinem fratris tui de manu tua. Secundū est oppssio pauper. de quo Exo. iij. vbi legit. q̄ dñs dixit ad moysen. Uidi afflictionē populi mei in egypto. z clamorē ei⁹ audiui. z sequit. Clamor ergo filioꝝ israel venit ad me vidiq̄ afflictionē eoꝝ qua ab egyptijs opprimunt ¶ Terciū est retentio mercedis opariorꝝ fidelium. De quo Jaco. v. Ecce merces opariorꝝ vestroꝝ q̄ messuerunt regiones vestras q̄ fraudati sūt a vobis clamāt z clamor eoꝝ in aures dñi sabaoth introiuit. Quartū est peccatū ꝓtra naturam qđ inter cetera quatuor pessimū est. Ūñ gen. xxxvij. legit q̄ Ioseph accusauit fratres suos ad ꝑem suum de crimine pessimo. i. de peccato ꝓtra naturā qđ inf oīa peccata carnalia pessimū reputat. Nam fm aug. in de adulterinis cōiugijs. Maius peccatū est coire ꝓtra naturā q̄s si matrē suam q̄s carnaliter cognosceret. vel crimē adulterij cōmitteret. Unde bartho. de ꝓpietatib⁹ rerum. Quicunq; inquit ꝑter legitime generationis vsū cōcessum voluntarie membris genitalib⁹ iudibria libidinis exercuerit. patrem ingenitū deū nature z gratie genitorē iam pdidit. nec in generatōne iustoꝝ nūi si cōdigne penituerit locum inter filios glorie possidebit. Nam abusus genitaliuz absq; patris luminū iniuria eiusq; offensa esse non pōt. Tollit insup gratiam z vulnerat naturā. Et sicut dicit in floratio barthol. titulo de luxuria. q̄cunq; vel quomodocunq; q̄s ꝓcuret vel cōsentiat vt semen alibi q̄ in loco siue vase ad hoc a natura deputato inter marem z feminā. z hoc modo debito z ordine naturali effundatur vicii est contra naturā z sodomiticū iudicandū De isto tū peccato cū magna cautela loquēdū est ꝑdicando z interrogationes in cōfessione faciēdo. vt nihil alicui reueleť qđ prestaret occasionem peccandi. Sed hic est insuper notandū q̄ cōtingit hominē semen aliq̄n extra vasculum nature effundere sine peccato aliquo criminali. vt patet de nocturna pollutione que fit sine vsu liberi arbitrij quo carent dormientes. z ideo ex se non est peccatum vt dicunt doctores. ramē ex sua causa potest esse peccatū. Causa aūt aliquando est abundantia seminis. que abundantia aliquando est ex causa culpabili. puta ab excessu cibi vel potus. z tunc est peccatum. Alia causa nocturne feditatis pōt esse turpis cogitatio ꝑcedens in vigilia q̄ reliquit vestigiū sui in fantasia. exquo in anima dormientis fit inclinatio ad assentiendū actib⁹ ex quib⁹ fit pollutio. Ūñ philosoph⁹ in primo ethicoꝝ dicit. inq̄tum paulatim ptransiunt q̄dam mot⁹ a vigilantib⁹ ad dormientes meliora fiunt fantasmata studiosoꝝ q̄s quorūcunq; aliorꝝ. Item ysido. Nō est inq̄t pctm̄ q̄n nolentes illudimur imaginib⁹ nocturnis. q̄ tunc est peccatū si anteq̄ illudamur cogitationū affectib⁹ ꝓuenimur. Luxurie quippe imagines quas in veritate gessim⁹ sepe dormientib⁹ in anima apparent. q̄ innocxie si nō ꝓcupiscendo cōcurrāt q̄ vo in nocturna pollutione polluit q̄uis citra memoriā turpiū cogitationū si se ꝓsentiat inq̄natū. tū hoc vt temptaret culpe sue tribuat. suamq; immunditiā statim fletib⁹ tergat. Hec ysido. z ponit in ca. di. vj. Nō est peccatū ¶ Tercia causa nocturne pollutionis est causa extrinseca. s. malicia demonis cōmouentis membra dormientis ad talem effectū. z ꝺ q̄dem cōtingit ex pctō ꝑcedenti. s. negligentia ꝑparandi se ꝓtra demonis illusiones ꝑ crucis munitionem z deuotā oratione. vnde in sero solent hoies se crucis signaculo munire z illud ymni decantare Ne sinas nos cōprimere ne polluanť corpa. Secundo

pōt ostendi magnitudo huiꝰ peccati p vindictā ꝑ eo sumptā. Ūñ ꝓpt istud pctm̄ deꝛtruxit deꝰ totū genꝰ humanū ꝓter octo alias diluuio generali. nā inter ce teras diluuij causas ponit methodiꝰ istā tanꝯ cām ꝓncipalē q̄ mlieres inuesaniā cōuerse supgressevirꝫ abutebāt. ac exarserūt viri in alterutrū coeūtes. Itē ꝓpt illō enorme pctm̄ subuerse sūt q̄nq̄ ciuitates cū suis hītatoꝛibꝰ in pfundū inferni. in q̄ vindicta vt dicit pariſ. attendendū est q̄ deꝰ nō solū punire vo luit impios: ſ etiā puulos ⁊ innocentes vniꝰ dici. ⁊ in hoc est ꝑfectum pueris ne diutius viuentes exem pla patrū sequerent. ⁊ sic grauiꝰ damnarent. ac etiā circūiacentes regiones punire voluit. ⁊ nō solū ho mines ſ etiā aialia ⁊ terrenascentia. ipamq̄ terrā de struxit eā ꝙuertēs in mare mortuū in quo nihil viuit nec auis. Ūñ aug. in de mirabilibꝰ scripture. li. ix. c. xiij. Ut eoꝛ inquit opa oblitarent omnis ꝓgenies ipoꝛ erasa est. Itē greg. Gehennalis inq̄t flāma mo rā nō sustinens sodomoꝛ ꝓuenit tollere nationē. et ipam terrā tante ꝓfusiōis ꝓscia ꝓsumpsit ignis sul phureꝰ. ⁊ in lacū horribilē omne solū redactum est. Itē gen. xix. Dñs pluit sup sodomā ⁊ gomoꝛrā ignē ⁊ sulphur de celo ⁊ subuertit ciuitates has ⁊ oēm. ſ. ciuitatē ⁊ terrā circa regionēvniuersos habitatoꝛes vrbiū. ⁊ cuncta terre virentia. ¶Respiciens etiā retro vxoꝛ lothversa est in statuā salis ad oñendū quātū displiceat dño memoria cū delectatiōe huiꝰ detestabilis pcti. Itez legit gen. xxxviij. q̄ ona fundebat se men suū in trā. ⁊ idcirco pcussit eū dñs. ſ. morte subi ta. eo q̄ rem detestabilē faceret. Tercio pt oñdi ma gnitudo huiꝰ abhominabilꝫ pcti ex hoc q̄ antiq̄ iu sti reputauerūt stupū ⁊ adulteriū modicū i pctm̄ re spectu ad istud abhominabilissimū pctm̄. Ūñ Gen. xix. legit q̄ Loth dixit sodomitis volentibꝰ cuz ma sculis coire coitu femineo. Nolite inq̄t q̄so frēs mei nolite malū hocfacere. habeo ei duas filias q̄ nec co gnouerūt virū. adducā eas ad vos ⁊ abutemi eis sic vobis placuerit. Itē iudicū. xix. legit q̄ cū q̄dam se nex ciuitatis gabaa recepisset in hospiciū suū q̄ndā adolescentem cū vxoꝛe sua. venerūt viri ciuitatꝫ cir cūdantes domū eiꝰ. fores pulsare ceperūt clamātes ad dñm domꝰ atq̄ dicentes. Educ virū q̄ ingressus est domū tuā ⁊ abutamur eo. egressusq̄ est ad eos se nex ⁊ ait. Nolite frēs nolite facere malū hoc. q̄ in gressus ē hō hospiciū meū. ⁊ cessate ab hac stulticia habeo em̄ filiā virginē. ⁊ hic hō habet cōcubinam. ſ. vxoꝛē. educā eas ad vos. ⁊ humilietis vt vr̄am libidi nē cōpleatis. tm̄ obsecro vos ne scelus hoc opemini ꝓtra naturā in virū. ¶ Quarto pōt oñdi magnitudo huiꝰ peccati ex hoc q̄ laboꝛantes hoc vicio trāsgre diunt legem nature quā bruta aialia obseruāt. ⁊ ideo vt dicit pariſ. vbi alie spēs luxurie iumento assimi lant hoiem. hec nephandissima turpitudo inferioꝛē iumento reddit hoiem. ⁊ tō inquit sodoma inde mu ta interpretat. q̄ hoc peccatum homines reddit mu tos in die iudicij. non poterunt enim eos excusare p ignoꝛantiam. cū ipsa natura legem docuerit ipa bru ta animalia. quam isti transgrediuntur.

Capitulum. IX

AT insuper est notādū q̄ cēteris peccatū luxurie cū suis quinq̄ spe ciebus in omni homine vel muliere sit abhominabi le. maxime tm̄ in sacerdotibꝰ ⁊ viris ac mulieribꝰ reli giosis est detestabile. Ūñ q̄ hoc peccatum grauiꝰ sit in sacerdotibus q̄ꝫ in laicis potest ostendi multipli ci rōne. ¶ Primo q̄ hoc q̄ sicut pꝫ ex sententia scri pture Leui. v ⁊ Nu. vj. Pondꝰ sanctuarij maiꝰ erat ponderibus mercatoꝛū vl̄ alioꝛ ciuiū. q̄ dō designa tur ſm pariſ. q̄ aliter ponderanda sunt pctā laicoꝛ. ⁊ aliter peccata sacerdotū. Undeꝛ q̄ꝫ graue sit pecca tum sacerdotis ad cōparationē peccati vulgaris ꝓpen di potest ex hoc q̄ tantū sacrificiū ꝓcipit a domino ꝑ expiatione peccati sacerdotis sicut ꝑ expiatione peccati totius turbe vulgaris populi. vt patꝫ Leuit. iiij. ¶ Secundū q̄ aggrauat peccatū carnis in sacer dotibꝰ ⁊ in alijs in sacris ordinibꝰ ꝓstitutis est voti fractio. vnde oēs ad sacros ordines accedentes se ad votum castitatis cōstringūt. dicente canone. Ad subdyaconatū accedentes nō sine voto castitatꝫ iu benē admitti auctoꝛitate beati greg. q̄ scribēs petro subdyacono ait. Nullū facere subdyaconū ꝓsumāt epi nisi q̄ se caste victurū ꝓmiserit. hec ca. di. xxvij. virgines. Et q̄ꝫ graue pctm̄ sit isti ꝰ voti fractio pꝫ ex ꝓciositate ⁊ sanctitate rei quā talis aufert deo. Unde iste due circūstantie aggrauare solent pctm̄ rapti ne. ſ. ꝓciositas rei que rapit ⁊ sanctitas eiusdez. quia tūc nō solū est furtū sed etiā sacrilegiū. sed cum ca stitas quā talis deo vouit ⁊ ꝓmittit cū sacros ordi nes suscipit. ⁊ quā deo aufert cū fornicat inestimabi lis ꝓciositatis sit dicente scriptura Ecci. xxvj. Om nis ponderatio nō est digna anime ꝓtinentis. Et ta lis castitas etiā res sancta est cum sit deo oblata. cō stat igit q̄ ablatio illius inuito dño rapina est ⁊ sacri legiū grauissimū ¶ Terciū qō aggrauat peccatū in sacerdotibꝰ est scia. Ūñ greg. Ubi inquit magis sci entie est transgressoꝛ maioꝛi subiaceat culpe. Item Lu. xij. Ille aūt seruꝰ qui cognouit voluntatez dñi sui ⁊ nō se ꝓparauit ⁊ nō fecit ſm eiꝰ voluntatē pla gis vapulabit multis. sed sacerdotes tenent ꝑcia liter scire voluntatē ⁊ legē dñi. dicente beato hiero. sup illud aggei. ij. Interroga sacerdotes legē. Cōsi dera inq̄t sacerdotū esse officiū de lege interrogatoꝛ rīdere. ſi sacerdos est sciat legem dñi. si vo ignoꝛat legē dñi se arguit nō esse sacerdotem dñi. Itē augꝰ. ⁊ ponit in canone di. xxxvj. Ignoꝛātia. Sciāt inq̄t sacerdotes scripturas ⁊ canones. ⁊ omne opus eoꝛ in ꝓdicatione ⁊ doctrina ꝓsistat. ex quo sacerdotes strictius obligant scire legem dei q̄ꝫ laici. in tāto stri ctius obligant ad eius obseruantiam. sequit q̄ sacer dotes strictius obligant ad obseruantiam legis dei q̄ꝫ laici. ⁊ cum in quanto quis stricti ꝰ obligat ad ob seruantiam legis dei tanto grauius peccat trans gre diendo eandem. manifeste sequit q̄ sacerdotes trā sgredientes legem dei grauius peccant q̄ꝫ laici.

¶ Quartum qō aggrauat peccatū in sacerdotibꝰ est q̄ ipi decipiūt populū q̄ dat eis elemosinas. vt ꝓ eis oꝛando eoꝛ peccata deleant. ⁊ misericordiā a dō obtineant. qō tamen vicioſi sacerdotes nō faciunt. Nam vt dicit grego. In grauibꝰ peccatis quis posi tus dum suis peccatis premit aliena nō diluit. Cū ctis enim liquet q̄ cum is qui despicit ad intercedē dum mittitur. irati animus ꝑculdubio ad deteriora ꝓuocatur. hec grego. ⁊ ponitur in cano. iij. q. vij. In

grauib⁹. ¶ Quintū qō aggrauat peccatū carnis i sacerdotibus est irreuerentia ꝛ cōtumelia quē dño iesu xpo facere quotidie sine timore p̄sumunt. Ūñ in co. sup euang. parte. ij. ca. xxvj. Si inq̄t sanctus iohannes in heremo a puericia cōuersatus ꝛ in vtero matris cōsecratus a dño inuitatus nō e⁹ est illiō tremendū angelis ꝛ reuerendū dñi caput siue verticem tangere. quō tu peccator ꝛ pollut⁹ non dico verticem. sed totū corpus xp̄i ꝛ totū xp̄m deuz ꝛ hominem nō tñ tangere. sed etiā in ergastulū corpis polluti quasi includere ꝛ incarcerare p̄sumis. vt si ille timuit xp̄m baptizare a quo debuerat baptizari quomodo peccatrix anima a quo debes inhabitari illuz totū in vili hospitio corpis tui non vereris admittere. Item si osa q̄ manū extendit ad archam figuralē ne declinet bobus recalcitrantib⁹ a domino ad mortē p̄cussus est. vt ptz. ij. Regum. vj. quantomagis timore debet p̄cuti a domino q̄ indigne nō archā sed corpus dñi p̄scit ꝛ sumit. Ille eñ ex debito officio archam tetigit. qz de tribu leui erat. ß indigne. nam tradunt hebrei q nocte p̄cedente cōcubuit cum vxore sua. sed quanto magis punient voluptuosi sacerdotes cū meretricib⁹ i nocte p̄cubentes. ꝛ i die manibus pollutis corpus xp̄i irreuerent tractantes. Unde parif. sup illud Apoca. xiij. Sine macula sūt ꝛc. Mirū est inquit quō sacerdos eisdem manib⁹ audet tangere corpus xp̄i q̄bus pauloante tractauit pudēda meretricis. De talibus dr̄ Malachie. j. Ad vos o sacerdotes q̄ despicitis nomen meū ꝛ dixistis. In q̄ despeximus nomen tuum? Et rñdet dñs. In eo q offertis sup altare meū panem pollutum. qō rñ nō est sic intelligendum q panis vite. s. panis sacramentalis p malam vitam pollut sacerdotū. qz illud sacramentū sicut nec p sanctitatem boni sacerdotis meli orat. ita nec p mali sacerdotis immundiciā peiorat. dicente beato Greg. Siue p bonos ministros siue p malos intra ecclesiam dispenset. sacramentum est. qz spūssanctus mistice illud viuificat q̄ quondam i apostolico tempore visibilib⁹ apparebit operib⁹. nec bonorū dispensator⁹ meritis ampliat. nec malor⁹ attenuat. hec grego. ꝛ ponit in can. j. q. j. Multi secularium. Uerūtū sacerdotes q̄ indigne tractant illud sacramentū venerabilissimū seipsos p hoc magis polluunt ꝛ peccatum suū aggrauant ꝛ augmentant. Ūñ hiere. xxvj. Ecce ego in manibus vestris sum. s. in altari. facite mihi qō bonum ꝛ rectum est in oculis vestris. verūtamen scitote ꝛ cognoscite. q si occideritꝭ me sanguinē innocentē traditis ꝓtra vosipsos. ꝛ certe sacerdos sumens indigne istud sacramētū ecꝫ graviter peccat ac si xp̄m occideret. dicente apostolo. j. Cor. xj. Quicunq̄ māducauerit panē aut biberit calicem dñi indigne reus erit corporis ꝛ sanguinis domini. i. ita puniendus est ac si xp̄m occidisset. Unde dicit ad hebreos. x. Irritā quis faciēs legem moysi sine vlla miseratione duob⁹ vel tribus testibus moritur. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia q̄ filium dei cōculcauerit. ꝛ sanguinem testamēti polluti duxerit. Sup quo Aug⁹. Cōculcat inq̄t christum q̄ libere peccat ꝛ absq̄ timore. ꝛ q̄ eo indigne p̄cipiat. ¶ Sextum qō aggrauat peccatum carnis in sacerdotib⁹ est dignitas officij. De qua dignitate loquit aug⁹. sup illud Treuo. iij. Disperdi sūt lapides sanctuarij dicens. O veneranda sacerdotū dignitas inter quor⁹ manus dei filius velut in vtero virginis incarnat. O celeste misteriū qō p vos pater ꝛ filius⁹ et spūssanctus sup tamineffabili misterio vestro q vno eodemq̄ momento idem de⁹ q̄ p̄sedit in celo in manibus vestris est in sacramento. hec ille. Item aug⁹. Nihil inquit in hac vita ꝛ maxime in hoc tempore difficilius laboriosius ꝛ piculosi⁹ episcopi aut p̄sbiteri aut dyaconi officio. sed apud deum nihil beati⁹ si eo mō militet quo modo noster impator iubet. hec aug⁹. ꝛ ponit in ca. dis. xlviij. Ante omnia. Et certe si cui officium sacerdotale dignissimū ꝛ maxime meritoriuz est si debito mō in vite mundicia exerceat. sic piculosissimum ꝛ damnabilissimū est si negligenter agat ꝛ cum peccati turpitudine polluat. Unde bern. iij. flor. ca. vlt. In clero inquit gerens iniqua q̄d de ministerio iudicet celeste tenet officiū. angelus dñi exercituz est. iuxta ꝓphete sniam dicentis. Labia sacerdotis custodiunt sciam. ꝛ legē requirant ex ore eius. qz angelus dñi exercituū est. Mala. ij. Inuenta eñ in angelis prauitas necesse est vt districtius ꝛ inexorabilius iudicet ꝙ humana. Ūñ sapientie. vj. Judicū durissimū his fiet q̄ p̄sunt ꝛ potentes potenter tormenta patient. Predicte eñ sex circūstantie manifeste ostendunt q hoc abhominabile petñ luxurie grauⁱ⁹ est in sacerdotib⁹ ꝙ in alijs laycis p̄sonis. ¶ Sed hic moueri potest hec dubitatio. Utr plus ceteris parib⁹ peccet vir laycus adulterando vel sacerdos fornicando. Pro quo notandū q hāc dubitationē mouet Holgot in lectura libri sapie. lectione. xlv. ꝛ rñdens. dico inquit. p nunc q ceter⁹ paribus sacerdos plus peccat. Et ratio est. qz sacerdos vouit solenniter cōtinentiā ab omni muliere. ꝛ totaliter se deo dedicauit. Uir aūt fidē p̄stitit mulieri ad oppositum cōtinentie. s. ad reddendū sponse sue solum debitum nature si illa hoc petierit. fide sponse p̄stita se obligauit abstinere ab actu cōcubitus carnalis eo q vouit q nunq̄ cognosceret aliquā carnaliter mulierē. Item magis solēniter vouit sacerdos ꝙ cōiugatus iurauit. qz votū suū est solennizatum per sacrum ordinē. qz sacramētū ordinis est maioris reuerentie ꝙ matrimoniū. sicut omnes doctores catholici cōfitent. ꝛ indubitanter hoc est ver. qz illud sacramentū immediate applicat hoiem ad cōficiendū corpus xp̄i verū in sacramento altaris ꝛ illud est maximū qō homini potest cōmunicari in hac vita. hec ille. Et ꝙ graue ꝛ abhominabile sit hoc peccatum in viris religiosis triplici manifestabo exemplo. Primo ex illo Gen. vj. legit q cum cepissent hoies multiplicari super terram. ꝛ filios ꝓcreassent. videntes filij dei filias hominū q essent pulchre acceperūt sibi vxores ex omnib⁹ quas elegerant. vbi p filios dei vt dicit lyra intelligunt illi q̄ descenderunt de seth qui a patre suo fuerunt instructi in cultu vnius veri dei. Unde ꝛ in pluribus locis scripture fideles vocātur filij dei Per filias hominū intelligunt mulieres descendentes de cayn que erant curiose. dissolute et lubrice. ꝛ de illis p̄ceperat seth filijs suis devolunte dñi q non acciperent eis vxores. cui⁹ tamen ꝓtrariū ipi fecerunt. Et ista transgressio vt dicit lyra erat vna causa quare dñs eduxit aquas diluuij super terraz. Et si tñ displicuit deo q filij dei filias hominū

in vxores accipent. quāto magʒ credendū est displi cere deo cū filij dei cuiusmodi spāliter essent virt ecclesiastici ⁊ specialissime viri religiosi q̄ cum meritri cib⁹ fornicant. ¶ Secundo ondik grauitas hui⁹ peccati in viris religiosis ex hoc: q̄ si ille q̄ habitum religiōis deseruit apostata iudicaʒ. Et cū castitas magis ꝓfert ad religionis ꝓfectionē ꝫ habitus. ꝫ religiosus castitatem deserens a multo fortiori apostata est iudicandus. Vñ ecci. xix. Vinū ⁊ mulieres. s. luxuriose apostatare etiā faciunt sapientes. ¶ Tercio ostendik grauitas hui⁹ peccati in viris religiosis etiā ex hoc q̄ legik deū tam grauiter punisse illa peccata que in claustris sunt cōmissa. Vñ specialiter in triplici claustro legik deū grauiter punisse pctā ibidē delinquētiū. ¶ Primū claustrū fuit i celo. in quo ipse de⁹ abbas fuit. ⁊ in quo q̄dem. s. lucifer cū suis cōplicib⁹ cōspiratione ꝫ deū facientes inde expulsi sunt ⁊ absq̄ spe venie ad carcerē inferni eternaliʒ cōdemnati. ¶ Secundū claustrū fuit in paradiso terrestri in quo ꝓpositus erat primus parens. q̄ cum vxore sua inobediens deo expulsus est. ⁊ morti cum successione sua damnatus. ¶ Terciū claustrū fuit in primitiuo statu religionis xp̄iane. in qua religiōe sup prior erat petrus ex qua religione q̄dam ap̄ostarij esse volentes morte subitanea perierūt. vt patʒ Act. v. de ananīa ⁊ saphira vxore illi⁹. Et q̄uis ois fornicatio religiosoꝝ sit graue ⁊ abominabile peccatum. grauissimū tn̄ videk sanctarū monialiuꝝ defloratio. vñ talis defloratio nedū est fornicatio. sed ⁊ adulteriū. incestus. stuprū ⁊ quasi pctm̄ ꝓtra naturā. Adulteriū em̄ est cum sit violatio spōse aliene ⁊ hoc valde graue genus adulterij. Nam quanto nobilior sit sponsus cui desponsata sit mulier. tanto maior cōtumelia est violatio eiusdē. ⁊ cū illa desponsata sit regi altissimo ptʒ q̄ violatio illius sit adulteriū grauissimū. Ac etiā cū illa sit sponsa dñi sui. ptʒ q̄ q̄ eam solicitat. dñi sui seipm manifestissimū efficit traditorez Hoc intelligens ille vir sanctus Joseph. q̄ vxori sui dñi dicenti. dormi mecū. rndit sibi. quomodo possū hoc malū facere ⁊ peccare in dñm meū. vt ptʒ Gen. xxxix. Stupꝝ etiā est cum sit illicita defloratio virginis. Incestus etiā est. ⁊ hoc incestus gen⁹ grauissimū cum sit accessus ad vxorem patris sui regis oīm creaturarū. Vnde de tali incestu intelligi pōt illud. s. Cor. v. Audik inter vos fornicatio. ⁊ talis fornicatio qualis nec inter gentes. ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et est insuper pctm̄ quodāmō cōtra naturā cū talis fornicaʒ cum mortua. ⁊ iam in sudario posita. Unde linco. dicto. xxxv. Cū em̄ inqt aliquis suscipit religionis habitum ⁊ relinquit mundū nonne mūdo mortuꝰ ⁊ habitu suo quasi funebrib⁹ involuik ⁊ quasi in claustro sepelik. Et hec de quīq̄ speciebus peccati luxurie sufficiant ꝓ pnti.

Capitulum. X

Sequitur tercium notabile in quo tractaʒ de remedijs ꝓtra luxurie peccatū. ¶ Ꝓo quo notandū est q̄ cuz luxuria ignis sit. vt pʒ Job. xxxj. vbi dr q̄ luxuria ē ignis vsq̄ ad ydditionē devorans. ⁊ corpus humanū est quasi vas siue olla ad hunc ignē applicatū. ō sicut olle sup ignē posite ⁊ nimiū ebullienti sextuplex remediū solet adhiberi. quoꝝ ꝑmū est salis impositione ebullionē mitigare. Secundū. cum cocleari siue alio instrumento ad hoc apto materiā in olla existentē exagitare. Terciū cū oris sufflatione liquorē olle aliqualr refrigerare. Quartū. de focalib⁹ ptē subtrahere. Quintū est ollam totalr ab igne remouere. Et sextū est aquā frigidā festinanter in ollā infundere. Sic si olla carnis nostre nimiū ebulliat ex feruore ignis luxurie. sex cōsimilia remedia sunt spiritu aliter adhibenda. Quoꝝ primū est ꝑ salem salutaris sapientie impositionē. ebullitionē luxuriosoꝝ motuū mitigare. de q̄ sale dr infanti accedenti ad baptismū. Accipe sal sapie. Vñ salutaris sapia q̄ a dño deo est. ⁊ ex cognitōe legis diuine pudicū reddit efficacissime hoiem. Vñ Jaco. iij. Que aūt desursum ē sapientia. primū q̄dem pudica est. i. primo ⁊ principaliʒ reddit hoiem pudicū. Vñ ⁊ hec sapia a ꝓpheta Zacha. ix. vocaʒ vinū germinans virgines. i. virgis les affectiōes. Et ideo merito de hac sapientia dicit sapiens in lib. sapie. ca. viij. Hanc amaui ⁊ exq̄siui eā a iuuentute mea ⁊ quesiui sponsam eaꝝ mihi assumere. In quo verbo vt dicit pariſ. insinuaʒ q̄ adherere sapientie est remediū ꝓtra illicitas carnis delectationes. Vñ hiero. Alma sciam scripturarū ⁊ carnis vicia nō amabis. Hec Hiero. ⁊ ponik in ca. de ꝓse. dis. v. Munq̄. Nam vt dicit Hiero. ibidem. Sicut stellas celi nō extinguit nox. sic mentes fideliū inhērētes firmamento sacre scripture nō obscurat iniq̄tas mūdana. hec Hiero. ⁊ ponik in ca. di. xxxviij. sic̄ stellas. Sz ꝫ sapia nō intrabit nec intrōibit i corꝺib⁹ luxuriosoꝝ. dicēte scriptura Sap̄. j. In malivolā aiaz nō intrōibit sapia. nec habitabit in corpe subdito pctis q̄ vt dr Ecci. xxj. Cor fatui quasi vas fractuz ⁊ oēm sapientiam non tenebit. verbum sapiens quodcunq̄ audierit scius laudabit ⁊ adijciet. audiet luxuriosus ⁊ displicebit illi. ⁊ ꝓjciet illud⁹ post tergum suū. ¶ Secundū remediū adhibendus olle nimiū ebullienti vt predixi est materiā in olla contentam cuz cocleari vel alio instrumento ad hoc apto aliqualr exagitare. Sic spūaliter olla carnis nostre feruore libidinis nimiū ebulliente remediū est contra carnē nostram cōtra spm̄ inobedientem cum cocleari laborarij occupare. Nam ociū peccatū luxurie inducit. Sicut exemplum habemus de dauid q̄ cum occupatus fuit in bellis licitis cōtinens fuit. ꝫ in tempore ocij adulteriū cōmisit vt patet. ij. Regum. xj. Et ysiō. in de summo bono. li. iij. ca. xxiij. Dei seruum inquit sine intermissione legere: orare ⁊ opari oportet. ne forte mentem ocio deditam spūs fornicatiōis surripiat. Cedit em̄ labori voluptas. aīm ꝙ vacantem ꝓ occupat. Contuere salomonē per ocium multis fornicationibus inuolutū ⁊ ꝑ fornicatiōis vicium vsq̄ ad ydolatriam lapsum. hec ille. Istud cōsiderans beatus Hiero. ad occupationē virtuosam monet vnūquēq̄ fidelem dicens. Non vacet mens varijs ꝓturbationibus que si pectori inciderint dominabuntur tui. ⁊ te ducent ad delictum maximū. Facito semper aliq̄d vt semper dyabolus inueniet te occupatū. q̄a in desideriꝫ est oīs ociosus. hec Hiero. ⁊ ponik in ca. de con. di. v. Munquid. ¶ Terciū remedium adhibendū olle nimiū ebullienti vt dixi est cū oris sufflatione liquorem olle aliqualiter refrigidare. Sic

spūalit. olla carnis feruore libidis ebullīēte remediū est cū sufflatōne deuote oīonis tentatōem carnis deprimē. Unde Ysiō. in de sūmo bono lib. iij. ca. vij. Hoc ē inqt remediū eius qui victor tentamentis exestuat. vt quotiēs q̄libet tangat victo oratōem se subdat. quia frequēs oratio victor impugnatōem extinguit. tam pseueranter intendere oportet animū nostr oando atq; pulsando quousq; importunitas desideri or carniū suggestiōes q̄ nostris obstrepūt sensibus fortissima intētione superem⁹. Ac tamdiu insistere quousq; psistēdo vincamus. Nā negligentes oīones nec ab ipso homine impetrare valent qđ volūt. Quādo em̄ qs orat: spūsanctū ad se aduocat. ac vbi venerit confestim tentamēta demouenit. que se mentibus humanis immergūt psentiā eius ferre non sustinētes effugiunt. Hec ille. Ite istud cōsiderans sapiens vt sciui inqt qm̄ aliter nō possum ee continēs nisi de⁹ det. t hoc ipm̄ erat sapientia scire cui⁹ esset hoc donū. adij dnm̄ t deprecat⁹ sum eū. Sap. viij. ¶ Quartū remediū adhibēdū olle nimiū ebullīēti est de focalibus parūper extrahē. Sic spūaliter. olla carnis nostre feruore libidinis ebullīente remediū est vt hō de cibo t potu q̄ sunt ignis luxurie fomēta sbtrahat. t spēaliter de generib⁹ ciborr t potuū qui spumāt in libidinē. cuiusmodi sūt fortia vina t cibaria delicata. spēs calide. Hmōi em̄ nedū sunt ligna ad nutrimētū luxurie. sed etiam sunt q̄si fascicule ardentes ad eū totaliter incēdendū. vndez sicut deridend⁹ esset q̄ fasciculis ardentib⁹ domū suaz incēderet quā tū diceret pro nullo bono mūdi velle cōburi. sic deridēdi sunt q̄ dicūt se velle ptinē. t cū talibus cibis t potib⁹ se ingurgitāt q̄ maxime corz igne libidinis se inflāmāt. vñ Ysiō. i de sum. bo. li. ij. ca. xlj. Libidinis inqt ignes ciborr fomētis in crescūt. Corpus aūt qđ abstinētia frangit tentatio nō exurit. Hñ t tres pueros abstinētes flāma babilonij incēdij t si tetigit nō cōbussit. Quis nimirr desiderior carnaliū ignis mentes abstinentiū inflammet. vsq; ad psensum tū cōcupie vel opis nō exurit hec ille. ¶ Quintū remediū est ollā ab igne totaliter remouē. Sic spūaliter. remediū contra ebullionē luxurie ē ollam carnis nostre ab igne luxurie elōgare. Istud remediū docet nos apl's. j. Cor. vj. dicēs. Fugite fornicatōem. sed q̄ voluerit fornicatiōnē fugere. oportet seipm̄ ab eius occasionib⁹ elongare. ¶ Pro q̄ notandū. q̄ inter cetera q̄tuor sunt q̄ luxurie prestant occasionē spūalem. quorr primū ē pcuratio pnubarū. Scōm curiosus aspectus mulierr. Tertiū est cū mulierib⁹ insolens colloquiū. Et q̄rtum ē inordinat⁹ tactus earūdem. Primū igit prestans occasionē luxurie ē procuratio pronubarr. q̄rū neqcia triplici manifestat exēplo. Primo ex hoc q̄ opus earū est opus diaboli. imo t vbi diab⁹ non pōt p se aliqđ pualere. p talem maledictā pronubā mlt̄oties supat mulierem incautā. Unde diab⁹ facit sicut faber q̄ cū non pōt ducere ferrū ad libitū suū. ponit illud in ignē. quē ignē accendit q̄druplici medio. Primo flatu oris sui. Deinde apponēdo pbustibilia vt puta carbones vel ligna q̄ si fuerint i se virida siue humida q̄ nō facilit cōburūtur. tūc tertio interponit facē ligni. t q̄rto sufflat cū follib⁹. t sic facit ignē ardē. et liqfacit ferrū ad libitū suū. Sic spūaliter. diab⁹ q̄ non pōt ad volūtatē sūā ducē vginē vel aliquā mulierē castā ad actuale pctm̄. accēdit circa illam ignē luxurie. t hoc q̄druplici mō. Primo cū flatu oris sui. s. cū osculis t vbis scurrilitat⁹. deinde apponēdo carbones delectatōis t ligna gule t ebrietat⁹. t si talis mulier fuerit viridis in vtutib⁹ t hūida p gr̄am spūssancti q̄ diab⁹ nō pōt facilit eam cōburē igne luxurie. tūc accrit facē sibi siccā t pt⁹ pbustā. i. vetulā indurata in pctis t illa suis falsis t sbtilib⁹ suggestiōib⁹ t psilijs declinat aīm suū vt igne luxurie pburat. Exēplū hui⁹ ostēdit petr⁹ alphigus narrās de q̄dā nobili generoso pegre in ptib⁹ lōginq̄ pfecto. cui⁹ vxor bona t casta domi remanēs. a q̄daz iuuene ardenter amabat t ad nephādū opus libidis freq̄nt pulsabat. q̄ nullo mō psentiēte cepit inuenis vehemēter languē. qđ pcernēs q̄dā vetula cām sui inuestigat languoris. cui inuenis tādez cām sui merorr reuelauit. Ac illa. in hac inqt materia desideriū tuū indubitāter fieri p curabo. q̄ pfestim canicula quā habebat duob⁹ diebus ieiunare fecit. t tertio die panē fortissimo synapio pfectū ministrat edēdū canicule. q̄ comesto pre angustia acutat⁹ sinapij fortissime lachrimari incepit. qđ cernēs vetula cū canicula sua ad dnam cōfestim̄ exit. q̄ videns caniculā lachrimātē qđ ei acciderit q̄siuit a vetula. At illa rndēs. O inqt clara dna non sit vobis cura. qz doloz ē mihi ita vehemēs q̄ vob nequeo reuelare. Tūc dna curiosi⁹ instetit vt cām sibi detegē nō dubitaret. Cui tādē vetula suspirās ait. Hec inqt canicula fuit filia mea charissima t vehemēter decora. q̄ qz cuidā iuueni ipam ardēter adamāti cōsentire noluit in hāc canicula est mutata. t ido nūq̄ sic lachrimari desistit. Tūc ait dna. qđ igit facta ego q̄ inuenire talē amātē me ptēpsi: Cui vetula mox rndit. Consulo inqt ne qđ absit tibi psimilit ptingat sibi oino psentias Cui dna. Rogo igit te vt hoc pcurare nō deneges t sic infelix dna q̄ per diabolū supari nō potuit. p maledictā pnubā decepta in neqciā deducit adulterinam. ¶ Scdo pōt ostendi magnitudo neqcie maledictarr pnubarr p penā serpēti inflictā a dno. Unde serpēs quem diab⁹ sibi elegit vt p eū mulierem deciper. eo q̄ tūc mulieri q̄dāmodo assimilaret. Nam ante pctm̄ primi parentis ereci⁹ erat. Et sicut dicit Beda. facies t vultū habebat virgineū. Et merito serpēs iste vt dicit parif. signat pdictas maledictas pnubas qs diab⁹ elegit sibi ad alias mulieres eis in sexu similes decipiēdas. Sz attendant tales maledicte pnube q̄ licet serpēs q̄ si creatura irrōnalis non intellexit qđ fecit. tamen in q̄tuor punitus est. vbi mulier ad eius suggestionem peccans est in duob⁹ punita. vir vero ad suggestionē mulieris peccans in vno tantūmodo est punit⁹. Unde serpēs pro eo q̄ q̄si maledicta pnuba erat diaboli ad deciptendū hoiem. ideo ē maledict⁹. dicente sibi dno. Quia fecisti hoc maledict⁹ eris inter oia animātia t bestias terre. t qz hoiem in miserrimā seruitutē diaboli detecit. ido t ille p stratus ē cū prius erectus incederet. vnde dictū est ei. Sup pectus tuū gradieris. Et qz in ore eius ha

buit mendaciū, ideo in ore eius positū est venenū ac etiā terram venenatā & a deo maledictā propter pctm̄ hois comedit. vnde dictū est ei. Terrā comedes oibus diebꝰ vite tue. Et qz mulierē decepit. ideo dictū est ei. Inimicicias ponam inter te & mulierē & semen tuū & semen illi⁹. ¶ Mulier em̄ qz in eda citate peccauit fructꝰ prohibiti. ideo in fructu sui vteri est punita. vnde dictū est ei. In dolore paries filios tuos. Et qz ad suggestionē serpētis supbiuit ideo & deus hūiliauit eam. vnde dictū est ei. Sub potestate viri eris. Sed vir em̄ qz ad ꝑsuggestionez mulieris in solo esu peccauit. ideo in labore ḡrendo sibi eduliū est punit⁹. Vnde dictū est ei. Quia audisti vocē vxoris tui & comedisti ō ligno ex quo ꝓcepera tibi ne comederes. maledicta terra i ope re tuo. in laboꝛibꝰ comedes ex ea cūctis diebꝰ vite tue. Et ex ista sentētia datur intelligi qꝫ oēs viri iusti ac etiam mulieres caste quālibet talem male dictam ꝓnubam p serpentē figuratā odirent. non naturā vel ꝑsonā ꝫ vitū earūdem & nisi se coꝛexe rint eo mō quo fm deū potuerūt vt tanq̄ alter sathanas a sua expellat vicinia procurarēt. Unde et merito talis maledicta ꝓnuba dici pōt sathanas siue sathan qō interꝑtat aduersaꝛ. p eo qꝫ efficacius aduersat saluti eius quā mouet ad malum & ipsemet sathanas. ¶ Tertio pōt ostendi magnitudo neḡcie maledictaꝝ ꝓnubaꝝ ex illo qō habeꝫ in scriptura Nume. xxv. vbi legit qꝫ madianite deceperūt filios israel p mulieres ornādo ipas ornatu meretriceo. & sic posuerūt ipas tanq̄ scandalū id est occasionez ruine filiꝫ isrl̄. vt vicz philocapti fornicātes cū illis & illecti ad easdē ad idolatrādū cū dijs suis offenderēt dupliciter in deum suū. scz fornicando & idolatrando. ꝓ q̄ peccato occisi sūt de filijs isrl̄. xxiij. milia. & de madianitis occisi sūt q̄nq̄ reges cū oibus masculis suis. semiꝫ & paruu lis ac etiā mulieribꝰ exceptis ỽginibus. Sup quo facto concludit Origenes sup libꝝ Nume. qꝫ pec catū madianitaꝝ ponentiū scandalū coꝝ filijs isrl̄ q̄ insup erāt tanq̄ ꝓnube mediātes inter fornican tes incōparabilit ipsis fornicatoꝛibꝰ grauꝰ pecca uerūt. Pater etiā ex eodē q̄periculosum & q̄gra ue pctm̄ est mulierē ornatu meretriceo vel nimis cōpte se ornare. & spēaliter ad hūc finem vt allī ciat viros ad inordinatū amoꝛem. & ad actū libidi nis ꝓnciosum. De q̄bus dꝛ Prouer. vij. Ecce mu lier occurrit ornatu meretriceo ꝓpata ad capien das animas. garrula. vaga. q̄etis impatiēs. nec va lens in domo cōsistere pedib⁹. nūc foris. nūc i pla teis. nūc iuxta angulos insidiās. apꝓhensumq̄ de osculatur iuuenē. & procaci vultu blandit. & cōfoꝛ mis defectus pōt cōtingere ex ꝓte viri insolenter compti ad eūdem finem. talis em̄ q̄ sic facit: reus ē duplicis peccati. scz scortantis & ꝓnube. cū p artē suam alliciēꝛem ad coytū quodāmodo mediat in ter se & coherētē. Et ideo merito dicit btūs Hiero. ad eustochium. qꝫ si vir vel mulier se ornauerit. vt vult⁹ hoim ad se ꝓuocauerit. & si nullū inde sequa tur dānū extrinsecū iudiciū: tñ patiet eternū. quia venenū attulit si fuisset q̄ biberit. hec ille. ¶ Se cūdū prestās occasionē luxurie ē curiosus aspect⁹ mulierū. vnde legit Gen̄. xxxiij. qꝫ cū sichem filiꝰ emoꝛ ꝓncipis terre chanaan vidit dinam filiam iacob adamauit eam & rapuit & dormiuit cum ea. vi oppꝛimēs ỽginem. & ꝓpter hāc causaz sichem & emoꝛ pater eius cuz toto populo ciuitatis occisi sunt. exceptis paruul⁹ & mulieribꝰ qui sūt in capti uitatem deducti. Et ideo merito dicit scriptura Ec clesi. ix. Virginē ne cōspicias. ne forte scādalizeris in decoꝛe eius. Itē. ij. Regū. xj. legit. qꝫ Dauid de ambulās i solario domꝰ sue. vidit q̄ mulierē lauā tē se ex aduerso sup solarium suū. Erat em̄ mulier pulchra valde. Misit igitur dauid & requisiuit q̄ eēt mulier. nūciatum est ei qꝫ erat barsabee vxoꝛ vrie. Missis itaq̄ nūcijs dauid tulit eā & dormiuit cū il la. Quapꝛ dixit sibi dōs. Nō recedet gladiꝰ de domo tua vsq̄ in sempiternū eo qꝫ despexeras me & tulerꝫ vxoꝛē vrie. qō & factum est. qz nūq̄ post re gnū suū pacifice possidebat. Et ideo merito dic scri ptura Eccl. ix. Cuz aliena muliere ne sedeas oino. nec accūbas cū ea sup cubitū. & nō altricerꝫ cū illa in vino ne labarꝫ in ꝑditōem. Itē Judith. x. legit. qꝫ iudith ad decipiēdū illū maledictū ꝓncipē holo fernē lauit coꝛpꝰ suū. & unxit se myrrha optima. et discrimiauit crimē capitꝫ sui. & imposuit myrrhaz sup caput suū. & induit se vestimētis iocūditatꝫ sic induit se sandalia pedibus suis. assumptisq̄ dextra biola & lylia & inaures & oibus ornamentꝫ suis oꝛ nauit se. cui etiā dōs splendoꝛem dedit. qm̄ oīs ista compositio nō ex libidie sed ex ỽtute pendebat. & ideo dōs hanc i illa pulcritudinē ampliauit. vt in compabili decoꝛe oīm oculis appareret. q̄ cum in trasset ante faciez holofernis. statim captꝰ est i ocu lis suis holofernes. & coꝛ aūt holofernis ꝑcussum est. erat aūt ardēs i cōcupiscētia eius. & iocūdus fa ctus ē holofernes ad eam. bibitq̄ multū vinū quā tum vna die nūq̄ biberat i vita sua. ꝫ cuz in lectu lo suo iacebat. nimia ebrietate sopitus. iudith eua ginata pugione holofernis. amputauit caput eiꝰ. Ecce in q̄ magnā miseriam incidit iste voluptuo sus tyrānus p aspectū mulierꝫ compte. Et ideo meri to dic scriptura Eccl. ix. Auerte faciez tuā a mulie re compta. & ne circūspicias spēm alienam. ꝓpt spēm mulierꝫ multi perierūt. & ex hoc cōcupia q̄s ignis exardescit. Unde & in cōfirmatiōem huiꝰ dic xp̄us. Oīs q̄ viderit mulierē ad concupiscendū eam. iam mechat⁹ est eam i corde suo. Matth. v. Sed hic est notandū. qꝫ lz generaliter mulierū cōptarū fugiendus sit curiosus aspectus. spēaliter a viris ꝓfectis fugienda sunt spectacula: vbi mulie res compte suas friuolas ducūt choreas. Unde q̄ magnū periculū sit choreas ducere. ꝓz ex sanctoꝝ testimonijs. & ex sacraꝝ scripturaꝝ auctoꝛitatib⁹. Dicit em̄ Aug⁹ in libello suo de decē coꝛdis. qꝫ melius est dñicis diebꝰ arare vel fodē. q̄ choreas ducē. Itē auctoꝛitatibꝰ scripturaꝝ pōt idem ostendi. q̄ꝝ ꝓma est illa Exod. xxxij. vbi legit. qꝫ cū ap ꝓpiquasset Moyses ad castra filioꝝ israel. vidit vitulū & choꝛos. iratusq̄ valde ꝓiecit tabulas de manu sua & fregit eas. ac deinde assumptꝫ secuz filijs leui interfecit ex filijs isrl̄ q̄si. xxiij. milia hoim Ex hoc em̄ qꝫ moyses q̄ erat mansuetissimꝰ homo qui erat in terra. tam vehementer fuit iratus. & tam tam vindictā sumpsit de hoc qꝫ honoꝛes dei ꝓpꝛis

vitulo impendebrūt ⁊ choreas duxerūt. satis potest manifestū esse q̄ntū iratus esset si q̄s zelū aliarum haberet. q̄ in dieb⁹ dñicis ⁊ alijs festiuitatib⁹ diuino seruitio contēpto vidit honores diuinos. id ē occupatōem quā haberet popul⁹ in contēplatiōe dei nō vitulo q̄ est creatura dei. sed ipsi vanitati et lasciuie p vitulum designate impēdere. Et iō merito talibus dicit dñs illud Esa. j. Solēnitates vestras odiuit anima mea. Narrat em̄ Gregor⁹ in libro dyalogoꝝ. de q̄dam sorore sua. cui de nocte apparuit in visione gloriosissima virgo beata maria ac ostendit coetaneas puellas in albis pulcherrime vestitas. q̄bus cum illa se admiscere appeteret se tū eis iungere non auderet. q̄siuit ab ea beata ac gloriosissima virgo maria. an vellet libenter suis associari puellis. ⁊ in eius obsequijs sp viuere. Cū q̄ vero puella dixit se hoc cum toto siue mētis desiderare affectu. Beata ac gloriosa vgo maria ꝓtinus dedit ei mādatū vt nihil vltra ageret puellaris insolētie. ⁊ a risu ⁊ a locis ⁊ a ceteris se abstineret vanitatib⁹. ꝓmittēs q̄ die tricesimo suis puellis iūgeretur indubitāter. Puella vero mox dimissis puellarib⁹ insolentijs in vginem constantissime pfectōnis subito mutat. Cūq̄ parētes ei⁹ mirarent eam tamsubito sic mutatam. puella q̄d sibi beata maria iusserat. ⁊ q̄ die itura esset ad eius obsequiū protin⁹ ꝓpalauit. Post q̄decim vero dies febre fatigat grauissima. ⁊ in die tricesimo cuꝝ hora exitus anie sue ꝓpinq̄sset. candē dei genitricez cū puellis q̄s ante viderat p visionē. ad se ite venire cōspexit. ⁊ illā ad se vocantē dulcissima voce audiuit. Cui mox vgo iocūdo corde rūdit Ecce dña ancilla tua ad tuū felicissimū nō tardo venire obsequium. q̄ voce ꝓlata migrauit vginis anima bte dei genitricī cōiugenda puell'. In hoc em̄ q puella ista q̄ voluit ꝓcessioni bte vginis interesse mandatū. accepit vt a locis. tripudijs. ⁊ ceteris puellarib⁹ se abstineret insolētijs perpēdi pōt q choreaꝝ ꝓcessiōi bus ingressus ab ingressu celestī processiōis impediat. ⁊ nimiꝝ. nam i dieb⁹ festiuis choreas ducentes faciūt cōtra oia sacramēta ecclesie. ¶ Primo contra baptismū in hoc q frangūt pactuꝝ qō inierūt cuꝝ deo in baptismo vbi ꝓmiserūt se abrenūciare sathane ⁊ oibus pōpis eius. ⁊ pomposaꝝ ꝓcessionē diaboli intrāt cū choreas ducūt. Maꝝ ꝓcessio diaboli ōr chorea. vt dicit parīs. ⁊ in cui⁹ signū talis ꝓcessio ad partez cōuer tendit sinistram. vñ Prouer. iiij. Dias q̄ a dextris sūt nouit dñs. puerse vero sunt q̄ a sinistrīs sunt. ¶ Secdo cōtra sacramentū ordinis etiam faciūt q̄ choreas ducūt. Nam clerici q̄ sacros ordines suscipiūt. accipiunt ordines illos ad cōuenienter celebrandū seruitia diuina i ecclesia dei. sed hmōi vanitates faciūt qō seruitiū diuinū contēnīt ⁊ negligīt. Nam tales faciūt q̄ q̄ deberēt interesse matutinis. iuisse. ⁊ vesperis. multoties interfūt hmōi choreis. ¶ Tertio cōtra sacrm̄ mrimonij faciūt. nā in choreis multotiens p signa lasciue. cātationes vanas. ⁊ ꝓfabulationes illicitas fides mrimonij ꝓsensu vel ope violatur. ¶ Quarto ꝓtra sacrm̄ ꝓfirmatōis faciūt. nā in sacro ꝓfirmatōis signū crucī in frōte tanq̄ empti passione xpi ē impssum. ⁊ in talibus choreis signo crucī ablecto signū diaboli ponūt in capite. Quinto ꝓtra sacrm̄ pnie faciūt. naꝝ i sacro pnie p qō deo erāt recōciliati promiserūt se nūq̄ taliter imposterum trāsgressuros. ⁊ in talibus vanitatib⁹ oppositū faciūt manifeste. ¶ Sexto ꝓtra sacrm̄ altarī faciūt. nā in die pasche sacrm̄ altarī suscipiūt. sed tū statim post sunt sīles iude ꝓditori. q̄ cū comedissz ad mēsam dñi de cathino suo ꝓpio stati post abijt ⁊ accepit cohortē a pontificib⁹ ⁊ pharisēis mīstros ⁊ venit cōtra ihm. vt ptz Joh. xviij. Sic certe tales ꝓdicto mō trāsgredientes veniūt directe ꝓtra ihm. nā cum sint in ꝓcessione diaboli nō sunt cū ihu. ⁊ sicut ipsemet dic̄ Luc. xj. Qui nō est mecū contra me est. ¶ Septio vo cōtra sacrm̄ extreme vnctōis p quod recipiūt infirmi sanitatē spūalem. ⁊ hmōi miseri i suis vanis ludis multoties perdūt raꝝ corporis q̄ anie sanitatez. Tales em̄ saltatrices bñ figurari possunt p illud Apoc. ix. vbi legīt. q̄ ascendit fumus putei abyssi. sicut fumus fornacī mḡne ⁊ obscurat⁹ est sol ⁊ aer de fūmo putei. ⁊ exierūt locuste in terrā. ⁊ sequtur. Et similitudines locustaꝝ similes equis paratī ad prelīū. ⁊ sup capita eoꝝ tanq̄ corone similes auro. ⁊ facies eoꝝ sicut facies hominū. ⁊ habebant capillos sicut capillos mulierum. ⁊ dentes eoꝝ sicut dentes leonū erant. ⁊ habebant loricas sicut loricas ferreas. ⁊ vox alaꝝ suarum sicut vox currruū equoꝝ multoꝝ currentiū in belluz ⁊ habebāt caudas sīles scorpionib⁹. ⁊ aculei erāt i caudis eaꝝ. ⁊ potestas eoꝝ nocere hoibus mensibus q̄nq̄. ⁊ habebāt supra se regem angelū abyssi ¶ Spūaliter. sicut dic̄ Parīs. in de vicijs. tractatu de luxuria. Fumus ascendens de puteo significat ardorem ⁊ feroꝝem luxurie. q̄ multotiens obscurat cetum sacerdotū. quoꝝ est illumiare ecclesiam dei vt de q̄libz illoꝝ vīficarēt illō Eccī. l. quasi sol refulgens sic ipse refulsit i templo dei. Iste etiam fumus aliq̄ndo obscurat aerem. s. viros contē platiuos. quoꝝ cōuersatio fm apostolū esset i celo per locustas exeūtes de fumo putei. non sic intelligendo q̄ habēt ex eo q̄ sunt. sed q̄ habent ex eo q̄ mali sunt. vel q̄ locuste sunt. ⁊ iuxta istum moduz ōr diabolus pater maloꝝ. non q̄ habeant ab eo q̄ sunt. sed sunt ab eo. ⁊ eius instigatōe q̄ mali sunt. Per hoc q̄ ōr q̄ similitudines locustarum sīles erāt equis preparatī ad prelium. intelligīt. q̄ ornatus vanꝰ ⁊ superfluus mulierū est quedā preparatio ad hoc. q̄ dyabolus i eis tanq̄ in eqs sedeat. ⁊ contra deū sedens i eis pugnet. Per hoc em̄ q dic̄ sup capita eoꝝ tanq̄ corone sīles auro. intelligīt. q̄ vanꝰ ornatus auri ⁊ argēti ⁊ pciosoꝝ lapiduz q̄bus vtūtur tales mulieres i suis capitibus. sunt tanq̄ corone q̄s diabolus posuit supra capita illarū p multiplici triūpho quē habuit ipse diabolus p eas de filijs dei. Vnde sicut strenui milites i torneamētis solent in capitibus equoꝝ suoꝝ in signuz victorie coronas de floribus ponere. Sic diabolus equitans sup tales mulieres. in signum victorie qō per eas habet contra filios dei supra capita illarum tales vanitatis coronas imponit. Et ideo merito dicit apostolus. j. Thymoth. ij. Volo inq̄t mulieres in habitu ornate cum verecūdia ⁊ sobrietate se ornantes. non in tortis crinibus aut auro aut marga

ritis.aūt vel veste ꝑciosa.sed qō decet mulieres ꝓ mittētes pietatem p bona opera. Istud cōsiderās illa nobilis regina Hester.penes deum de hmōi vano ornatu se excusans ait. Tue tu scis infirmitatem ꝛ necessitatē meam q abhominor signū superbie ꝛ glorie qō est sup caput meum in die ostentionis mee.ꝛ detestor illud Hester.xiij. Sup q̄ parip. in de vicijs.gte.vj. Notabiliter inqt dicit signum superbie,ꝛ glorie qō est sup caput meum in die ostentionis.ornatum em̄ suū non ferebat nisi q̄ndo matrito suo regi se ostendebat. In quo inqt mulieres tēporis nostri multū sunt dissimiles.q̄ q̄ndo sunt cū maritis suis non curant de ornatu.q̄ndo vero i publicū volūt procedere.ornate volūt esse.ꝛ tū dicūt q ornant se ꝓpter maritos suos. Hec ille.

¶ Per hoc em̄ quod dicit vlterius. Facies earuꝫ sicut facies hominū.intelligitur.q q̄dam mulieres facies suas depingūt cum ficus colorib⁹.quibus facies illaꝝ sunt q̄si laruate.sub q̄bus laruis latent facies naturales quas dominus eas dedit.

¶ Per hoc em̄ q dicit q habebant capillos sicut capillos mulieꝝ.potest intelligi.q aliquę tales lascine mulieres ponunt super capita sua capillos a mulierib⁹ mortuis abscisos. Et ideo notabilit dicitur sicut capillos mulieꝝ. Nam tales capilli nō sunt capilli mulieꝝ q nec mortuaꝝ cū ab illis sūt abscisi.nec sunt illaꝝ capilli qui eos deferūt.sicut nec vne sunt vue spinarū.ꝛ si eis alligent.ꝛ mirū est quō mulieres tales nō timent deferri capillos mulieꝝ mortuaꝝ.ꝛ habere eas de nocte ad caput suū.sed certe verisimiliter est q diabol⁹ procuret hāc audaciam in eis.cui⁹ signū est hoc q ipsi timerēt deferre camisiam vel aliā vestē mulieris mortue sed tamē de capillis nō timent.de q̄bus non magis videt esse timendū. ¶ Per hoc em̄ q dicit dentes eoꝝ sicut dentes leonū.potest intelligi rapacitas talium mulierum.quia rapiūt in amorem inordinatū animas cōcupiscentiū earū facies ꝛ fictam ꝛ laruinā pulcritudinē. Et ideo merito dr Eccl.ix Averte faciem tuam a muliere compta.ꝛ non circūspexeris spēm alienā. ꝓpter spēm mulieris multi perierūt.ꝛ ex hoc concupiscentia q̄si ignis ardescit. ¶ Per hoc em̄ q dicit q habebant loricas sic loricas ferreas.pōt intelligi earū indurata incorrigibilitas. Nam sicut in lorica difficile est vnā maculam ab alia separe.sic difficile est voluptuosas mulieres a maculis suoꝝ vicioꝝ movere. ¶ Per hoc em̄ q dicit vor alarū earum sicut vor currū equoꝝ multoꝝ currentiū ad ꝓlium.intelligitur q sicut exercit⁹ magn⁹ solo tumultu hostes fugat et q̄sq; devincit.ꝛ clamore aues volantes cadere facit.sic exercit⁹ diabolicus chorear solū risionibus clamorib⁹ ꝛ vanis cantilenis multotiēs devincit bonos.ꝛ illos q̄ habebāt pennas virtutū a sublimitate vite inchoate cadere facit in profundū peccati. ¶ Per hoc em̄ q dr.habebant caudas similes scorpionibus.intelligit.q mors eterna est finis carnalitū voluptatū Per hoc em̄ q dicit.q potestas eorū ē nocē hoib⁹ mēsib⁹ q̄nq;.ꝓt intelligi q a pasca vsq; ad finē autūni precipue hmōi choree ecclesie dei cōsueverūt nocere. Nam sicut reges in tēpore autūnali ꝛ estivali solent ad bella ꝓcedere vt ab hostibus suis auferant qō in hyeme suo laborioscio acq̄siverūt. Sic diabolus hostis generis hūani statim post pascha imo ipsemet die pasce aliqn̄ congregat exercitus chorear.vt auferat a filiis ꝛ a seruis xpi q̄ sunt eius hostes fructus spūales.quos in tē pore q̄dragesime congregaverūt. ¶ Per hoc em̄ q finaliter sūbditur.q habebant sup se regem angelū abyssi.intelligit.q tales stulte mulieres ꝛ ꝓ eas decepti.habent sup se regem diabolū.q vt dicit Job xli.Est rex sup vniversos filios superbie Et tales miseros ipse regit ꝛ ducit de pcō in peccatū.ꝛ finaliter tādem eos ducit ad supplicia eternū. Hec parisien. Ex istis aliq̄liter ptz.q̄ periculosus est aspectus mulieꝝ comptaꝝ. ¶ Tercio prestās occasionē luxurie vt p̄dixi.est cū mulieribus insolens colloqm. Vñ Eccl.ix. Cū saltatrice ne sis assiduꝰ nec audias illā ne forte pereas in efficacia illi⁹.nā vt seqtur.colloqm illius q̄si ignis exardescit. vñ Apls.j.Cor.xv.Corrūpūt bonos mores colloqa prava. Et ideo dr Prouerb.xv. Os stultoꝝ ebullit stulticiā. Fit aūt hec ebullitio ad ignē prave cōcupiscentie.vtputa cum q̄s mulierem ad voluptatē procuret.ꝛ propter libidinē habet cum ea familiaria colloqa.ꝛ hoc est mortale pctm̄.vt dicit sanct⁹ Thomas in de veritate theologie.li.iij.ca.xxij. Et ideo fm consiliū scripture Eccles.v. Ne dederis os tuū vt peccare facias carnem tuā.neq; dicas coram angelo non prouidētia ne forte iratus dom⁹ super sermones tuos dissipat cūcta opa manuū tuarum. ¶ Quartū prestās occasionē luxurie vt p̄dixi.est inordinat⁹ tactus mulieꝝ.vtputa in osculando amplexādo.ꝛ turpiter palpādo.ꝛ istud vt dicit sanct⁹ Thomas in de veritate theologie.libro iij.c.xxij.est pctm̄ mortale.ꝛ tāto grauius q̄nto magis libido ꝓ talia accēditur.ꝓpē nimiā approximatōem ad ignem. Verūtamē sicut dicit ibi sanctus ibidē. Tangere mulierē preter intentionē non est pctm̄.ꝯ tāgere inqt mulierē ex libidine vel osculare ad se non ptinentē supple libidinosa intentiōe. vel libidinosa delectatiōe est mortale pctm̄.q non solum cosensus i actu libidinis.ꝯ etiaz cōsensus in delectatōem ē mortale pctm̄.vt dicūt doctores. Vñ Aug⁹.xij.dr trinitate.c.xxiij. In homie inqt si delectatōnibus illicitis a q̄bus continuo deberent se avertere cogitatio sola pascat.nec faciēda discernātur mala. Si tū suauiter in recordatōe teneātur totus homo dānabitur.nisi hec q̄ sine volūtate operandi.sed tū cum volūtate animi talib⁹ oblectādi solitus cogitatōnis sentiūtur esse peccata p mediatoris gr̄am remittātur. Hec ille. Et ideo dr Eccli. xxvj. Sicut boum iugū qō movet.ira mulier necq; qui tangit illam q̄si q̄ apphendit scorpionē. Vñ ꝛ de periculo fatue mulieris dr Eccl.vij. Juveni amatiorē morte mulierez que laqueꝰ est venatoꝝ ꝛ sagena coꝝ eiꝰ vincula sunt manꝰ eius.q placet aūt deo effugiet illā.q aūt peccatoꝝ ē capiet ab illa.ꝛ iō secuꝝ est virum iustū caste vivē volētem nimiā familiaritatē mulieꝝ evitare ꝛ q̄litercūq; caste vivētiū. Vñ scribitur in Canone.cū olbus olno clericꝰ extranee femine non cohabitēt.ꝯ sole matres aut mātere aut amite sorores ꝛ filie aut fratꝝ aut sororum. Ex q̄cunq; ex familia domestica necessitate

antecꝫ ordinarētur ſaz cum eis habitant. vel ſi filij eorum iam ordinatis parētibus vxoris acceperūt aut ſeruis nō habētibus in domo quas ducāt alitunde ducere neceſſe fuerit. hec. c. di. lxxxj. cum omnibus. Itē diſt. xxxij. introduxit. Introduxit inqt Canon q oia ſynodus necꝫ epo necꝫ p̄sbytero necꝫ dyacono necꝫ alicui oino q̄ in clero eſt licē ſubintroductā habere mulierē. niſi forte aut matrē aut ſororē aut amitā aut eas idoneas p̄ſonas q̄ fugāt ſuſpitōnes. Hec ibi. Itē Hieronym⁹. Hoſpitiolum inqt tuū aut raro aut nunꝫ mulier pedes terant. qz non pōt in toto corde habitare cū deo qui ſe feminar a ceſſib⁹ copulat femina conſciētiam pariter ſecū habitātis exurit. Et ſeqtur. Feminaz quā videris bñ cōuerſantē. mēte dilige non corporali frequētia. ſi bonū eſt mulierē non tāgere. malum ē mulierē tāgere. Hec Hieronym⁹. Et ponitur in ca. di. xxxij. hoſpitiolū. Sz forte inqt pariſ. dicit aliqs ſe non ſtupulā eſſe ſ ferrum. z ido non oportē cauē mulier familiaritatē. Rūdemus inqt q ignis ipm ferrū immutet z q̄ſi ignem indut. ſic z ignis luxurie z homies ferreos mutat in malū. Vñ Hieronym⁹. Ferreas inqt mentes libido domat ex duob⁹ lapidibus ſi inuicē collidantur exit ignis. ſic ex familiaritate bonar p̄ſonar que quaſi lapides videtur ex inordinato tactu exit q̄doqꝫ ignis luxurie. Vñ Prouerb. vj. Nunqd pōt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo z veſtimēta ei⁹ nō ardeāt. aut ambulare ſup p̄runas z nō comburent plante eius. Sic q̄ ingredit ad vxorez p̄rimi non erit mūdus cū tetigerit eaz. Nā vt dic pariſ. Et ſi mur⁹ ex candela iuxta ſe poſita non comburetur tū denigrat. ſic Iz homo non cadit ex familiari tate z tactu mulier in actuale pctm carnis tū aliquātulū inqnatur. Vñ Ecci. xlij. Qui tetigerit picem inqnabit ab ea. vñ narrat Hieronym⁹. q̄ tentatio quā patiebat btūs Paulus in carne ſua. fuit p̄opter ſocietatē ſancte tecle vginis. q̄ eum p̄dicanter ſequebat. Et ſi ergo inqt Linc. in de venenis paulū colūnam eccleſie fortiſſimā ex cōſortio mulieris ſancte z caſte p̄miſit deus tentari. quo homo peccator z fragilis cuz mulere ſe fragiliore audet cohabitare. vñ Ecci. xxv. Cōmorari leoni z draconi placebit magz. cꝫ habitare cū mulire necꝫ. vñ Her. Amor inqt mulier enervauit potentiā ſampſonis infatuauit ſapiam ſalomonis. z ſedauit ſanctitatē dauid regis. Sz ſicut dicit pariſ. p̄cipue z ante oia debet homo cauere ne ſit ſolus cū ſola. Vnde dic Hieronym⁹. Solus inqt cum ſola ſecrete z abſqꝫ arbitris ne ſedeas. Vñ legitur Geñ. xxxix. q̄ accidit q̄dam die vt intraret domū ioſeph z operis q̄ p̄ piam abſqꝫ arbitris faceret. Ut illa ſcz vxor dñi ſui apphenſa lacinia eius veſtimēti diceret dormi mecum. q̄ relicto in manu eius pallio fugit. ſic q̄ vult oino luxurīā fugere ſolitariā familiaritatez fugiat mulier. ¶ Sextum remediū adhibendū olle nimiū bulienti vt p̄dixi. ē aquā frigidā in ollaz feſtinanter infundē. Sic ſpūaliter olla carnis noſtre feruore libidinis ebullīēte remediū eſt cum aqua frigida ad litterā calorez ſue libidinis refrigidare. vel aquā flagellatōnis virge acute vſqꝫ ad ſanguinis effuſionē ſi oportuerit nudo corpori applicare vel ſi hāc aquā ad te extinguēris applicare. ſaltem in trēt animā tuā aque penar infernaliū z terribiſ diuini iudicij q̄ intimā recordationē. Nā vt dr Ecci. xj. Malicia vni⁹ hore oblitionē facit luxurie maxime. Et ido Iſidor⁹ in de ſūmo bono. lib. ij. cap. xxxix. Quādo inqt impulſu demonis mēs ad delectationē fornicatōnis impellit. diuini iudicij met⁹ z eterni tormēta incēdij ante mētis oculos p̄ponātur. qz nimirꝫ oīnis pena grauioris ſupplicij formidine ſupatur. ſicut eñ clau⁹ clauū expellit. ita ſepe recordatio ardoris iehēne ardorem excludit luxurie. Hec ille. Et q̄uis hoc pctm̄ ad tēpus videatur ſuaue. illius tñ nouiſſima illud eſſe oſtendūt amariſſimū. Vñ Prouerb. v. Fau⁹ diſtillās labia meretricis z nitidius oleo guttur eius. nouiſſima aūt illius amara ſicut abſinthiū. Nouiſſima autē peccati hui⁹ ſunt z pene ſibi correſpōdentes eterne. Añ ſicut hoc ē pctm̄ ferēs z ardens. ſic hoc peccato vexati penā ardoris z feroris eternaliter patientur. In cui⁹ rei figurā ſup nephādiſſimos luxuriosos zodome z gomorre pluit dñs ignē qui ē ardēs. z ſulphur qđ eſt ferēs. vt p̄t⁹ Geñ. xix. Et memoria amaritudinis hui⁹ pene multū vtilis eſt ad luxuriosos a ſuis voluptatib⁹ refrenādum. Exemplum eñ hui⁹ habem⁹ in vitis p̄m. vbi legitur. q̄ quidā iuuenis grauiter tētatione hui⁹ pcti vexat⁹ dixit cuidā ſeni. Quid facia p̄ qr occidit me cogitatio ſordida? Cui rñdit senex. Fili inqt. nonne vides q̄ mulier q̄n vult ſuū ablactare filiū ſupungit amar ſuis vberibus. z cuz ex conſuetudine vbera mris ſue puer voluerit ſugere. puer ſentiēs amaritudinē fugit māmā. Sic ergo z tu fili. ſi arripuerit te ſordida cogitatio. z delectet te recordatio voluptatis carnalis. ſtatim occurrat mēti tue cogitatio amaritudinis tormētor infernī. q̄ p̄parata ſunt voluptuoſis in futuro z dimittet te in pace ſtatiſſime ſordida cogitatio. Itē aliud exēplum. ad hoc oſtēdit nobis ille eximius clericus Jacobus de vitria co. de quodā voluptuoſo q̄ cum cogitaret intra ſe ſi poſt mille annos anie dānatorꝫ p̄o voluptatib⁹ carnalibus a pena liberarētur inferni. z rñdebat ei cogitatio non. Et iterꝫ cogitauit. nunqd poſt cētuz milia ānorꝫ z reſponſum ē. nō. Quid vltra: nūqd poſt tot milia ānorꝫ quot ſunt gutte aque i mari: z rñſum ē. non. eo q̄ in inferno nulla ē redemptio. Vnde ſicut dicit pariſ. in tractatu ſuo de duplici abſtinētia. Si de poſſibili vnus dānatus quolibet die tm̄ vnā emitteret lacrimā. adhuc in p̄ceſſu tē poris effunderet plus aque q̄ eſt in toto mari. imo z in toto mūdo. eo q̄ fletus iſte non termiabit ineternū. Vnde p̄s. Ad veſperā demorabit fletus. Cōſideratio eñ hui⁹ fletus nedum expellit tentatōez carnalē. ſed etiā facit oēm penā tolerabilē tēporalem. Añ exemplū adhoc oſtēdit nobis Beda. i de geſtis anglorꝫ. vbi narrat de quodā homie pctōre. cui⁹ anima poſt deceſſum illi⁹ ante tribunal eterni iudicis adducta eſt. z tādem obtinuit dei genitricis interceſſionib⁹ vbi p̄ius inſpectis penis infernalib⁹ rediret ad corp⁹. reuixitqꝫ q̄ erat mortu⁹ z enarratis iam viſis mirabilib⁹ z rebus ſuis patratib⁹ erogatis. p̄fect⁹ eſt in quandā inſulā vel in ſulā. vbi tantā egit penitentiā. vt ſilens lingua ope

¶ Secūdo modo vt dicit parisi. vbi prius simoniaci deum vendunt dum deū christum in sacramēto altaris vendūt p pecunia missas celebrādo. vnde Odo. super euangelia. ser. xlij. super illud Mathei. xxj. Mensam inquit nummulariorū z cathedras vendētiū columbas euertit. mense inqt nummulariorum sunt altaria xpi de quibus cupidi sacerdotes faciunt mensam cambiatorum. quia missas tanq̄ monetam pro moneta combitiont exponunt et tales missas celebrant quas magis sciunt lucratiuas. Vendētes columbas sunt qui spiritualia vendunt p tpalibus. qui etsi non ore clamāt tamen corde cū iuda clamant dicentes. Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam. Hec ille. Item Hosti. in summa sua. titulo de simonia. ca. qualiter. vel ca. quid si clericus. tractans de hijs q̄ dant denariū vel denarios sacerdotibus pro faciēdo anniuersario. vel p celebranda missa de spiritu sancto vel huiusmodi aut trientali dicendo. et concludit q in omnibus istis dare vel accipere temporale pro spirituali. aliquo pacto vel ex certa conuentione simoniacum est fm q iste terminus p notat appreciationē. vnde huiusmōi sacrificia diuina offerri deberent pure xpter honorem z amorem dei et salutem viuorum et requiem mortuorū z nō cupiditatis vel ambitionis gratia. In cuius dei figuram legitur Leuitici. xiij. q cum dominus ignem celestem misisset in templū. in quo solum sacerdotes ei offerrent. Nadab et Abyu filij aaron ereptis thuribulis imposuerunt ignem alienum. egressus ignis a domino deuorauit eos z mortui sunt. Spiritualiter vt dicit Parisiens in de vicijs. titulo de auaricia mercennariorum. ignis de celo missus dei amorem designat. de quo igne dicit christus in euāgelio. Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi vt ardeat. De igne isto solum ponerent sacerdotes in thuribulis suorum cordiū que ad modū thuribulorum inferius ad terrena essent clausa. superius vero ad deum aperta. Et super hūc ignem imponerent incensum suarum orationum vt dicere possent cū xpheta. Dirigatur domine ad te oratio mea sicut incensum ꝛc. ꝛ dimisso igne isto multi sacerdotes moderni ponūt ignem alienū in thuribulis suis. Ignis vero alienus vt dicit parisiensis vbi prius. est ignis ambitionis vel cupiditatis. de quo igne offerūt domino quādo causa cupiditatis missas celebrant z cetera opera spiritualia faciunt Vnde Heru. Habet inquit aduersarius noster vt puta peruersor peruersus diuinorum operū emulator ignem ambitionis quē saluator in nobis nō accedere sed extinguere venit. si quis autez alienū ignem in diuino psumpserit offerre sacrificio morietur in iniquitate sua. hec ille. vnde in confirmationem huius xpheta dicit Hieremi. xlviij. Maledictus qui opus dei facit fraudulenter. Sup quo interlinealis. Fraudulenter inquit opus dei facit qui p corporalis rei munere vel laudis humane: vel p humani iudicij gratia opera facit diuina. potest tamen minister ecclesie qui dispensat spiritualia aliqua temporalia pro sui sustentatione fm ordinez ecclesie et consuetudinem licitam. nec a deo in scriptura sacra. nec a sanctis doctoribus reprobatam absq; vicio symonie accipere. ita q non accipiatur ex pacto tanq̄ premium mercedis. ꝛ tanq̄ donum voluntarium siue stipendiū necessitatis. vnde super illo. j. Thymoth. v. Qui bene psunt ꝛc. dicit Aug⁹. Accipiant sacerdotes necessitatē sustentationem a populo. z mercedē dispensationis a domino. non enim a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate euangelij seruiunt. ꝛ tanq̄ stipendiū dat. quo vt possint laborare pascāt z q̄ oīne munus intelligit sub nomine pecunie. siue sit munus a lingua siue ab obsequio. siue a manu. ideo nullū mun⁹ dandū ē nec recipiendū pro spiritualibus vt dictum est. Et ideo merito vt dicit xpheta Isa. xxxiij. Beat⁹ q excutit man⁹ suas ab oīni munere. ¶ Pro quo notandū q spūaliter in scriptura inueniūtur septē sancti qui manus suas ab oīni munere excusserunt. p quos vt dicit parisiensis sup illo Apoca. xiij. Sine macula sunt ante thronū. signāt ecclesiastice psone q̄ tenētur cōsimiliter facere. ¶ Primus ē abraham. de quo legit Gen. xiij. q postq̄ gratia dei operāte hostes occiderat. reduxit oēm substantiā regis sodomorū ab hostib⁹ captam. z dixit sibi rex. Da mihi animas cetera tolle tibi. Cui rūdit abrahā. Leuo man⁹ meas ad dōm deū excelsum possessor ē celi et terre. q a filo subtegminis vsq; ad corrigiam calige nō accipiā ex oīnib⁹ que tua sunt. Spiritualiter p abraham qui hostes occidit z p̄dam reduxit intelligūtur sacerdotes iudices ecclesiastici q̄ p iusticia facta vel etiā facienda nō debēt accipe munera magna vel parua. occulta vl aperta qđ notatur in filo subtegminis z in corrigia calige. Unde Exo. xxiij. Nō accipias mūera q̄ excecant prudētes z subuertunt verba iustor. Munera impediūt iudices tā tpales q̄ etiaz spūales fm exigentiam legis delinquētes corrigere. Unde ysaie. j. Principes tui infideles socij furū. subiungit causa. Omnes diligunt munera. sequūtur retributiones. ¶ Secundus q̄ man⁹ suas a munere excussit erat moyses. de quo legit Nume. xvj. q chore. datan z abyron cuz suis cōplicibus rebellātes contra ipm z aaron dixit ad dōm. Nō respicias sacrificia eor tu scis q nec asellū quidem vnq̄ receperim ab eis. i. quodcūq; munus. Spūaliter p moysen qui leuitas ordinauit z instituit signāt episcopi quor ē cōferre ordines z būficia ecclesiastica. p q̄bus mun⁹ tpale nō debent

accipe. Vnde Greg. z ponit in ca. j. q. j. sicut epm Sicut inquit epm non decet manū quā imponit vendere. ita minister vel notarius nō debet in ordinatione eius vocem vel calamū venūdare. hec ille ¶ Tercius q manus suas a munerib⁹ excussit erat samuel de q legit. j. Reg. ij. q dixit populo israhelitico. Cōuersatus sum cora vobis ab adolescētia mea vsq in diez istū. ecce presto sum loquimini ad me coram dño z coram xpo eius vtrū bonē cuiusq tulerim aut asinū. si quempiam calūniatus sum si oppressi aliquem. si amauī cuiusq munus accepi z illud contemnā hodie restituāq vobis. Spiritualiter p samuelem q exaudito interpretatur intelligunt omnes ozātes p alijs. Vnde de samuele legit q pro alijs ozauit. vnde z dixit. Absit hoc a me grande peccatū a domino vt cessem ozare pro vobis Per hoc igit significat vt dicit parisien. q sacerdotes pmissis aut sepulturis aut psalterijs nullū munus debent accipe. neq em illi q rogant p bñficijs vel ordinibus alijs obtinendis. Nam simonia cō mittitur qñ p sepultura vel cōmunione vl bñdictione habentiū vel p clericis ordinādis vel pfentādis. ordinatori vel p crismate vel p cōfirmatione baptismate vel p alijs sacramētis aliqd exigāt seu pmittāt. Vnde patet extra in antiquis lib. v. de simonia. nō satis cū ecclesie ope. eaq z ceteris capitulis quasi p totū. Bonū igitur esset q popul⁹ laycalis esset informatus q nō haberet inordinatū p positū cōmurandi spirituale p temporali. vputa q nō credant se soluere pmissa seu p eucaristia. confessione p absolutione. p indulgentia z p aliquo alio sacramento aut sacramentali. quia nō dubiū multi layci ex ignorātia symoniace sunt intricati in huiusmodi malis operib⁹. Nam in aliquib⁹ cō suetudo pueria est q clericus vel alius dicet cōmunicando q soluat siue ponat argentū p sua cōmunione. Quidā etiā opinant nō se cōmunicandum quousq soluerint p confessione z p cōmunione. Et quidā nō curantes de cōtritione in qua est substātia sacramēti penitentie cū redarguūtur de peccato dicunt se absoluendos p denario vel pro alio leui precio. Quidā etiam opinātur confessionem non valere nisi cōfitentes aliquid dederint p eadē Multe sunt hmōi opiniones pessime in populo quas correctores curāt minime emēdare nō pside rātes q sicut dicit be. Aug⁹. Qui potest obuiare z pturbare persos z nō facit. nihil aliud ē q fauere impietati eor. Hec aug. z ponit in cano. xxiij. q. iij q potest. ¶ Quart⁹ q manus suas a munerib⁹ excussit fuit daniel. de q legit Daniel. ij. q rex baltha sar vidit scripturā scriptā in quodā pariete. q post q oēs sapientes regni sui scripturā visam interpretari nescierūt dixit danieli. Si vales scripturā legere et interpretationē eius dicere purpura vestiet z torquē aureā circa collū tuum habebis z tercius in regno meo eris. Respōdit daniel. Munera tua tibi sint. z dona dom⁹ tue alteri da. scripturā aūt legam tibi z interpretationē eius ostendā tibi rex. Spūaliter in isto notat vt dicit parisien. q doctores et expositores sacre scripture p expositione p dicatiōe nullū munus accipe deberēt. Vnde et exemplum ad hoc dedit apostolus paulus qui illis quibus p dicauit dixit. Actuū. xxiij. Aurū et argentū aut vestem nullius cōcupiui sicut ipi scitis. quoniam ad ea que mihi opus erant z hijs q mecum sunt ministrauerunt manus iste. Cōsiderauit em q munera libertatem arguendi peccata impediunt. Vñ Ambrosi⁹. sup. j. ad Cor. Libertatem inquit arguendi peccata amittit et peccat qui ab eo accipit. ideo dat ne corrigatur. munera tñ accipientem in seruitutem redigunt. Vnde parisien. Quidā sapiēs inqt cū p libertate respublice diu stetisset in causa contra quendā diuitem cuius expensis diu educatus fuerat. z sup ingratitudine a diuite illo in causā vocatus fuisset. leges em romanorū ingratos puniebāt dixit diuiti illi. Domine mi tu scis q nihil causa odij feci cōtra te. sed p libertate respublice z honestate mee psone. immo z tue steti. Sed nunc vero hoc video q nihil periculosius acceptis muneribus quia ad omnē vos obligāt seruitutē. ex quo patet q munera impediunt sacerdotes repbendere peccata illorum a qbus accipiūt munera. vnde Aug. non potest inquit cōstanter argui a quo munus recipitur. Vnde Eccī. xxiij. Exennia z dona excecant oculos iudicū. z quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. z hoc cōsiderarēt sacerdotes quorū multi modernis tpibus nimis pni sunt ad accipiendū munera. Presertim cum dicat beatus Hiero. ad damasum papam q clerici qui a bonis et opibus parentū sustentari possunt. si quod pauperū est sibi accipiūt sacrilegiū p facto cōmittunt z p abusionē talium iudiciū manducant z bibunt. vnde p sper in de vita cōtemplativa. habentes inqt vnde sustentent nō sine graui peccatō suo vnde paup victur⁹ erat accipiūt. Sed spūaliter reprehensibiles sunt sacerdotes accipientes munera quādo accipiūt ea q dātes tenent restituere eis a q bus illa habuerūt iniuste. de qbus dicit Hiero. q q a raptorib⁹ symoniacus feneratorib⁹ munera accipiunt similes sunt illis q minores pisces deuorātos a maioribus comedūt z deuorabāt. Sed certe sic pisces parui deuorati a magnis nulli vsui sunt apti. ita nec oblatio talium raptorum que fit de eorum rapina nulli vsui ē apta nec deo acceptabilis verūtamen multi sunt religiosi ac etiam seculares sacerdotes moderni temporis exterius pretendentes sanctitatem. interius vo pleni sunt auaricia et cupiditate qui audientes confessiones taliū raptorum vbi deberēt iniungere eis vt rapinam restituerent illis a quibus illud rapuerunt. iniungunt vt illa rapina eis detur. et illi vt fingūt conuertunt illud in pios vsus. et pro illis celebrabunt. Isti enīz bene figurantur per gedeonē qui inaures de preda madianitarum accepit vt faceret inde vestes sacerdotales et factum est Gedeoni et omni domui eius in ruinam vt legitur Judicum. viij. Item tales bene figurātur. j. Regū. xv. per saulem qui percussa amalech inimico suo accepit meliora de ouibus z armētis z refuauit ea volēs illa immolare domino z pter hoc abiecit eum dñs de regno suo ne eēt rex sup israel. Ex qbus datur intelligi q elemosyna pauperib⁹ distribuenda. z sacrificia et oblatio deo offerenda non debēt fieri de rapina et de male acquisitis. sed de bonis propriis z male acquisitis

iterum restituis. Unde Lu. xix. dixit zache⁹ princeps publicanorum ad ihesum. domine dimidium bonorum meorū do pauperibus. Ecce quid dixit bonorum meorū et nō dixit bonorū aliorum p rapinam vel malis medijs acquisitorum de pauperibus. sed talia esse restituenda decreuit dicēs. sed si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. ¶ Quintus quem manus suas a muneribⁿ excutere legimⁿ fuit petrus. de quo Actuū. viij. legitur. q cū audisset symon magus quia p impositionem manⁿ apostoloꝝ daret spūssanctus. obtulit eis pecuniam dicens. Date mihi hāc potestatem vt cuicunq; imposuero manū accipiat spiritumsanctum Respondit petr⁹. pecunia tua tecū sit in pditionez quia donū dei existimasti pecunia possideri. pqō notatur vt dicit pīs. q opera miraculoꝝ aut impositio manuū aut gratia dispensationū non debent meditāte precio fieri. In quo etiā facto arguuntur vēditores et expositores reliquiarum. cōtra quos pisien. in. li. abbreuia. de pseudo predica. ca. liij. sic scribit. Quidā inquit sunt mercēnarij mūera querentes p mendacia p falsas reliquias sigilla z litteras z etiam p falsa miracula vt deludant homines et sic sua furant. Tales enim duo mala faciunt in ecclesia. s. res pauperū furtiue surripiūt. et sepe etiam a pupibus. z sic duo faciunt vt veris pauperibus nō credat. hec ille. De illis em̄ qui reliquias sanctorum ad questum exponūt loquit beatus Bernū dicens. O inquit quanta abusio quanta puersitas q ossa sanctorum exponūtur ad questū vt qui omnem pecuniā respuerunt viui. coganⁿ quasi pecuniam mēdicare mortui. z ideo hanc abusionem p hibet Innocentius dicens. cum ex eo q quidā sanctoꝝ reliquias exponūt venales vt eas passim abscondant christiane religioni detractum sit sepius ne impositorū detrahat. presenti decreto statuim⁹. vt antique reliquie oīno extra capsam nullaten⁹ ostendātur nec exponantur venales. inuentas autem de nouo nemo publice venerari presumat. nisi prius auctoritate romani pontificis fuerint approbate. prelati vero non permittant eas q ad eoꝝ ecclesias causa venerationis accedūt varijs figmētis z falsis documentis decipi. sicut in plurib⁹ locis occasione questus fieri consuenit. hec Innocēti. et ponit in ca. extra in antiquis li. iij. de reliquijs et veneratione sanctorū. cum ex eo. ¶ Sextus vero quem manus suas a muneribus excutere testatur scriptum fuit naboth. de quo legit. iij. Regum xxj. q cum dixisset sibi achab. Da mihi vineam tuam vt faciam mihi inde ortū olerū dabo q tibi vineam meliorem p ea. aut si cōmodius putas tibi argentū preciū quantū digna est dabo. Cui respondit naboth spūs sit mihi deus ne dem hereditatē patrū meorū tibi. Per istud em̄ vt dicit plesien. ostendit q decime et primicie z cetera huiusmodi nō sunt p temporalibus cōmutanda vbi p decimas et primitias zc. intelligit ius decimas z primicias z huiusmodi pcipiendi qō p temporalibus nullo modo est cōmutandū. In quo etiaz inquit parisien. damnat cōmutatio ecclesiarum z beneficiorū que fit in intuitu lucri temporalis z multo fortiori beneficiorū emptio et venditio. Unde canon sanctitū est inquit atq; oīnibus modis phibitū vt si quis presbr inuentus fuerit alicui clerico munera dare vel munera dedisse aut aliam personam tribuere vt alterius presbyteri ecclesiam vacantē precio redimat. p hac cupiditate sine rapina sine pīsumptione turpis lucri. gratia deijciatur a clero z alienus existat a regula. hec ca. vij. q. j. sanctitū est. Et merito simoniaci ejciendi sunt ab ecclesia. quia simonia vt dicit parisien. facit vt ecclesia que est sponsa dei z deberet deo filios generare monstruose talpas et serpentes z asinos comutos generat. Cum enim in ecclesia canonicatur vel pficitur aliquis anarus possunt dicere canonici ceteri illius ecclesie. mater nostra p cōfratre talpam generauit nobis. cuz vo canonicatur quis detractor tunc serpentem generat ecclesia illa. iuxta illud Eccī. xiij. Si mordet spēs in silentio nihil eominus habet qui occulte detrahit. Cum aliquis vero indiscretⁿ episcopat in aliq; ecclesia. tūc asinus comutus in ea nascitur. Nihil enim aliud est stolidus mitratus q̄ asinus comutus. Asinus enim est p stoliditate. comutus. p mitra. hec parisien. in de vitijs parte. iij. Et huic cōcordat odo qui super illud euangelij. Ementes et vendentes eiecit dominⁿ de templo qui sic scribit murus inq̄t ecclesie qui pastor esset ruptus est. canes z porci ingrediūtur z ecclesiam maculant. canes muti prelati corrupti nō valētes latrare. z porci immundi ceteros maculantes z bestialiter vinētes in ecclesia collocantur. que maior abhominatio desolationis in loco sacro q̄ cū pecus sacrum induit vestimentū z officia celebrat diuina. Canes z vulpes psalmos ruminant pilosus psalter ad alterū clamat. leo supbie tanq̄ dominans in clero omnia dīsponit. serpens inuidie sibulat q̄ omnib⁹ detrahit. magnates inflamat. frendet dentibus aperiracundie. accidia laborat onager tristicie. fauces aperit lupus rapacitatis qui p oblationib⁹ euangelia et missas multiplicat. discurrit vsus gulositatis qui ventrem impleat alta voce. iubilat porcus immūdicie in lutum luxurie se immergit. vultpes dolositatis plures habens foueas. omnib⁹ ministrat z cū viues mortē pcessu bestiarū que in parietib⁹ figuraliter depingiat adimplet. pōre⁹ lupⁿ z cetera animalia immūda crucē z cereos portāt. campanas pulsant. dōs berengarⁿ. i. visus missaz cantat. leo cū ceteris optime reficiet. quātomagis vlulant tantomagis demones animam auari torquent. hec ille. ¶ Septimⁿ vo q̄ in sacra scriptura regis manⁿ suas a mūerib⁹ excussisse fuit helisens q̄ vt patet. iiij. Reg. v. dixit ad Naaman leprosum Vade z lauare septies in iordane z mūdaberis. z pⁿ factā lotionē z mūdationē nihil voluit recipere licet naamā multa dona pciosa sibi offerret dicēs Obsecro vt accipias bñdictionem a seruo tuo. vbi munⁿ vocat bñdictio. q̄ patet ibi maledictio quam gyezi mūera recipiens sensit. cū lepra naamā ei adhesit. Sup quo parisien. vbi pus. Septenaria inq̄t lotio signat septē sacramēto; dispensationē p uoz dispēsatiōe nullū munⁿ añ nec post dz accipi tpale. vnde z sequit in eadē hystoria. Gyezi q̄ postea mūera accepit pcussus est lepra. p qō signat q accipientes munera tpalia p donis spiritualibus

ante vel post lepra ſimoniace hereſis percutiūtur ¶ Et ſicut lepra inter oēs infirmitates corporales maxime eſt incurabilis, ſic ſimoniaca hereſis maxime eſt incurabilis inter omnes infirmitates ſpirituales. & hoc duabus de cauſis. ¶ Primo ꝓpter magnitudinē ſiue enormitatē huius peccati. vñ Greg. & ponit in cano. j. q. j. Cū liqueat inquit hanc hereſim ante oīa radice peſtifera ſubrepiſſe. atq; in ipa ſua origine apoſtolica deteſtatiōe eē damnatā. cur nō cauetur? cur nō ꝓpēditur? qz benedictio illius in maledictōem cōuertit qui vt fiat hereticus ꝓmouetur. hec ille. Et ideo merito Pelagius papa inquit ſimoniacos velut primos & principuos hereticos ab omnibus fidelibus reſpuendos. & ſi cōmoniti nō reſipuerint ab exercitis etiā poteſtatib⁹ opprimendos. oiaq; crimina ad cōpactionem ſimoniace hereſis quaſi ꝓ nihilo reputāt. hec Pelagius & ponit in ca. j. q. vij. patet. Et ideo inter omnia peccata mūdi iſtud eſt vnū qō de⁹ maxime odit. In cuius rei ſignū vt dictum ē xps dimittendo alios peccatores in tēplo. flagello facto de funiculis eiecit ementes & vendentes de tēplo. q figurāt ſimoniacos. Sup quo parit. in de vicijs pte. iij. Decerat inquit dñs iudicari & non iudicare vt in māſuetudine peccata toleraret. & poneret animā ſuā ꝓ peccatoribus. & tñ cōtra iſtud peccatū immo & contra figuram huius peccati manſuetudinē ſeruare noluit. ꝫ q̄ſi iratus flagello de funiculis facto effugauit eos & nūmulariox es effudit & cathedras vendentiū columbas euertit. & licz primus eius aduentus eſſet miſericordie. tñ iuſticiaz de hoc peccato intromiſit. Quod cōſiderās beat⁹ Bernar. ad eugeniū papam ſic ſcribit. Intuere inquit mgrm. nō parat aures vt cauſam audiat. ꝫ flagellum quo feriat. verba eñ non faciat. nec recipit nec eñ ſedet iudicans ꝫ inſequit puniens. cauſaz tamē qz graniſſima erat nō tacet q̄ ē q̄ domū oōnis domū negociationis & ſpelūcam latroonū fecerūt. igitur & tu fac ſimilit. Erubeſcāt vultū tuum hmōi latrones & negociatores nō confidant in miniis ſuis ꝫ diffidant & abſcondant es ſuum a te ſcientes te effundere q̄ recipere paratiorem. hec ille. ¶ Secunda cauſa quare peccatum ſimoniacū difficile curatur ē iſta. qz ad hoc q̄ ſimoniacus curaretur & ſanaret de peccato ſuo oportēt ipm de peccato ſuo perfecte penitere. Nam vt dicit Archydi. in quodam ſermone qui ſic incipit. Ambuletis et abundetis magis. nec ſacerdos nec deus omnipotens pōt iuſtificare ſiue abſoluere implū a pcō ſuo niſi vere peniteat. ꝫ difficile ē ſimoniacum ꝓfecte penitere. qz ad hoc q̄ ꝓfecte peniteret oportet ipm reſignare bñficiū ſine reſtituere ſimoniace acq̄ſitū. vñ vt dicit archidia. in quodā ſermone qui ſic incipit. Ductus eſt ieſus in deſertum. nūq̄ quis vere penitet de mala acquiſitione & de malo modo acquirendi q̄diu gratis retinet nequiter acquiſitū. quoniā ſi vere penitet non ſolum penitet de illo quod male recepit. ꝫ etiam q̄ ſic receptum retinuit. Vnde Auguſtinus & ponitur in canone xxiij. queſt. vj. ſi res. Si res inquit ꝓpter quā peccatum eſt reddi poteſt & nō redditur. penitētia nō agitur ſed ſimulatur. ſi autem veraciter agatur. nō dimittit peccatum niſi reſtituatur ablatū. hoc ē vt dixi ſi reſtitui poteſt. hec ille. Ex quo plane ꝓz q̄ ſimoniaci nūq̄ vere penitent niſi bñficia reſignauerint ſiue ſimoniace acquiſita reſtituerint. ſed vt cōſtat q̄d ꝓpter ſcandalum mūdi. quid ꝓpter carnales amicos quid ꝓpter deſperationem victus difficile eſt ſimoniacū dimittere ſiue reſtituere acq̄ſita ſimoniace & p cōſequens pfecte penitere. Ān & in cōfirmatiōem huius nō legimus Balaam de quo Nume. xxij. & Deut. xxiij. nec gyeſi de q. iij. Reg. v. vel iudam de quo matḥ. xxvj. q̄ fuerunt ſimoniaci vendendo ſpūalia ꝓ tpalibus. nec pontifices ſcribas & phariſeos ementes a iuda xpm nec ſimonē magū de quo Act. viij. q̄ fuerūt ſimoniaci ementes ſpūalia ꝓ tempalibus vnq̄ fructuoſe penituiſſe. Dñ in veteri teſtamento. iiij. Reg. v. Heliſeus gyeſi ſimoniaco lepra naaman adhereat tibi & ſemini tuo vſq; in ſempiternū. Et in nouo teſtamento Act. viij. Dixit petrus apl̄us ſimoni mago. pecunia tua tecū ſit in pditionem qñ donum dei exiſtimaſti pecunia poſſidere. Et ſequit. in felle amaritudinis & obligatōnem iniquitatis video te eſſe. In obligatōne iniquitatis erat. quia peccādo in ſpm̄ ſanctum difficile erat eū fructuoſe penitere. Et in felle amaritudinis erat. quia diuia maledictione plenus. & ideo finaliter ad ſupplicium eternum damnatus. Sed exquo iſte ſimon mag⁹ damnatus erat quia nouiter ad fidem conuerſus non cognoſcens periculū ſimonie nec actualit cōmutauit tempale pro ſpūali. ꝫ ſolum ꝓpoſitum habuit ad hoc faciendum & non niſi ſemel. nec tamen a petro redargutus defendebat peccatū ſuū. quali damnatione digni ſunt ſimoniaci moderni. quorum multi non tm̄ ſemel ſed forte centies. nō ignoranter ſed ſcienter. nō ſolum in ꝓpoſito ſed etiam actualiter cōmutauerunt ſimoniace temporale pro ſpūali. & nunq̄ de peccato ſuo dolentes ꝫ portius fictis coloribus defendētes. Vnde Greg. & ponitur in caſu. j. q. iij. ſi quis dator. Si quis inq̄ vel acceptor dei eccleſias vl̄ eccleſiaſtica beneficia q̄ quidā prebendas vocant. ſub pecunie interuentu ſuſcepit ſiue dando emerit. ſiue acceptando vēdiderit a ſimonis nō excluditur pditione. hec ille. Et ex iſtis aliqualiter liquet q̄ difficile eſt ſimoniacum a lepra eterna ſpūaliter curari & p cōſequēs a damnatōne ſaluari. Et ideo merito pariſiēſis in de vicijs. parte quarta. dicit q̄ ſimoniaci ſunt q̄ſi i vaſa diaboli. Et ideo ſicut piſcis qui in vaſſam piſcatoris ingreſſus eſt non defacili per locum per quem intrauit regreditur & per alium locū nō exit niſi raptus ſit a piſcatore occidatur. ſic ſimoniac⁹ nō defacili renūciat beneficio quod ſimoniace acquiſiuit quod tamen niſi fecerit damnabit. Vnō Gregorius. Si quis inquit ſanctus neq; pollens morib⁹ neq; a clero neq; a populo vocatus. neq; pulſatōne coactus impudēter xpi ſacerdotiū iam quolibet facinore pollutus nō iuſto cordis amore ꝫ ſordibus pcibus oris ſiue cōmutatu ſiue manuali ſeruitio. ſeu fraudulēto munuſculo epale ſiue ſacerdotale nō lucro alarū. ꝫ inanis glie auaricie fulrus dignitatē ſuſcepit. & in vita ſua ſi ſponte nō reliq̄rit eiq; in aſperam mox pniam non inue

nerit. ꝑculdubio ineternū peribit. hec Greg. ⁊ ponitur in cano. j. q. j. si quis neq;. Hanc sententiam valde timerēt tales qui nō contentātur vnico bñficio sufficienti ꝫ ad augmentationem damnatiōis eozūdem multa sibi beneficia simoniace solū causa auaricie ⁊ mūdi pomposa vanitate multiplicāt dicentes. ꝙ meritorie potest quis plura beneficia ecclesiastica habere. licet vnum eorum sit sibi sufficiens. De quorum numero erat vnus de quo loq̄tur parisi. in de vicijs parte quarta. dicens. ꝙ cum longo tempore asseruisset hoc esse peccatū mortale dū vnū solum habebat beneficiū. sed dato sibi secūdo beneficio. statim asseruit ꝙ licite pōt quis plura beneficia habere ecclesiastica. Verūtamen vt nūc bene experior nullus inquit posset hoc perfecte intelligere nisi q̄ plura beneficia possidet. Cuius rei talis potest assignari causa. Dicit em̄ ꝓphe ta zacharie. v. cap̄. Hic est oculus in vniuersa terra. Super quo parisi. Luxuria inquit est oculꝰ luxuriosi. auaricia est oculus auari. ⁊ sic de ceteris. vnde inquit parisi. accidit ꝙ alicui luxurioso videtur aliqua fatua mulier quā inordinato amore diligit pulcra. cum tamen in rei veritate sit turpis. ꝫ que est causa huius erroris. certe quia oculo luxurioso ea intuitur. nimius em̄ luxuriosus amor qui in eo est facit eum iudicare sic de eius pulcritudine. Alius em̄ qui non habet hmōi oculū non videt talem in illa pulcritudine. sic inquit parisiēsis Ille in quo non est oculus auaricie videt visione erroris ꝙ aliquis posset habere plura beneficia ecclesiastica quoꝝ sibi sufficeret vnū. Illi autem qui non habent oculum auaricie videnꝫ clarissime et cōcernūt ꝙ malum est aliquem plura beneficia ecclesiastica occupare. ⁊ istud vt docet parisiē. patet in multiplici rōne. Primo sic. tria distinguūt circa principia operationis humane. s. natura gratia ⁊ vicium. cū igitur aliquis habet vl̄ vult habere plura beneficia. vel natura est principiū huius operationis. vel gratia vel vicium. Et videtur ꝙ non natura. nam natura paucis cōtentatur. Unde Seneca. Exiguū inquit natura desiderat. Item apostolus j. Thimo. vj. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simus. Et ꝙ gratia non sit principium huius operationis. sic suadetur. gratia em̄ pauciorib⁹ contentatur q̄ natura. nam gratia ē aqua sitim terrenoꝝ extinguens. vnde Johan. iiij. Qui biberit ex aqua quam ego dabo non sitiet in eternū. Super quo Augusti. qui inqnit biberit ex fluuio paradisi cuius vna gutta maior ē occeano restat ꝙ in eo extinguatur sitis mūdi. Item cōsiliū xp̄i est paupertas. Unde Matth. xix. ca. cuidaz dixit. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende omnia q̄ habes ⁊ da pauperibus. sed cum deus non sit cōtrarius sibiipi. patet ꝙ nō est consiliū dei aliquem habere plura bñficia ecclastica. ⁊ p consequēs gra dei nō est principiū huiꝰ opationis. ⁊ cum multiplicatio bñficioꝝ nō sit ex natura neq; ex gratia relinq̄itur ꝙ principium illius opatōnis sit vicium ⁊ hoc satis patere potest si considerentur cause ꝓpter quas aliqui credūt hoc sibi licitum esse. vnde aliqui credūt hoc licitum esse quia bona a talibus beneficijs recepta bene expendunt. alij quia vicarium sub se ponūt. alij quia nobiles sunt. Sed cōtra eos qui dicūt hoc licitum q̄ bene bona illa expendunt. constat ꝙ non solum sufficit medico bene expendere ea que sibi dantur ab infirmo ⁊ nullam curam habere de infirmitate eius. similit non sufficit aduocato bene expedire salariū ⁊ nihil intromittere se de causa. nec stipendario sufficit stipendia sua bene expendere ⁊ de guerra se non intromittere. Sic certe clerico habenti plura beneficia ecclastica nō sufficit ea bene expendere nisi faciat officia illa q̄ beneficijs ex debito cure pastoralis sunt annexa. Contra vo illos q̄ credūt se posse habere pl̄a talia beneficia q̄ vicarios ponunt sub se ꝓperentes sic obijcitur. Nā si quis licite potest habere plura beneficia cum hoc ꝙ vicariū competentē sub se ponat. ergo eadem rōne laicus. immo ⁊ mulier posset licite habere quodcūq; beneficiū ecclesiasticum. posset enim ponere sub se vicariū sufficientem ⁊ ita abilem sicut clericus. Preterea Ridiculū esset aliquem contrahere matrimoniū sub spe ponendi vicarium sub se ad impregnāduz vxorem suam. Ac insuper quero de vicario illo an pastor sit vel mercennarius. si mercennarius. tūc latro est sicut prius ostensum est. Et cum aliquis dicit. licite possum habere beneficium. quia ponā vicarium. idem est ac si dicatur. bene possum hr̄e beneficium. quia ponam ibi latronez qui furetur mactet ⁊ perdet. Johan. x. Si vo dicitur ꝙ vicariꝰ talis sit pastor. que igitur ratio ē vt tu habeas duas ecclesias ⁊ ipe nullam. Nunquid dicet tibi Jo. j. Gratia dei. non licet tibi habere vxorem fratris tui. Item quero a tali ponente sub se vicariū vtrū vicarius ille sit minus bonus. eque bonus vl̄ melior q̄ ipe principalis pastor. Si minus bonꝰ. tūc ratio naturalis dictat ꝙ non sit recipiēdus nec ponendus ꝓ ipo pastore. nam cōstat operarius in vineam alicuius conductus non potest vicarium minus bonuz ꝓ se ponere. Si vo eq; bonus vel melior que est ratio ꝙ ipe habeat duo beneficia. et alius abilior ipo nullū. Item attēdendū est quid acciderit de primo vicario synagoge. Legitur em̄ Exod. xxxiij. ꝙ moyses relinquens populū suum paruam moram facturus. non in curia regum vel principum. vel episcoporum ad carnalez voluptatem exercendam. sed cum domino deo ad recipiēdam legem. dimisit sub se vicarium satis bonū scz aaron a deo electum. ⁊ tamen in reditu suo populum illū quem fidelem reliquerat infidelē ⁊ ydolatrantem inuenit. Item dicit apostolus. ij. Thessal. iij. Si quis non vult laborare non manducet. quo igitur iure pascit quis de beneficio illo. vbi ipe nō laborat. Ordinauit em̄ xp̄s vt q̄ in eccia sua seminat spūalia metat carnalia. qua rōne igit pauper vicarius seminabit spūalia. ⁊ diues vocatus pastor carnalia metet. p̄sertim cū xp̄s dicat. qō deus cōiūxit homo nō sepet. quo iure denarius ille quē subditus offert pauperi vicario sibi spūalia seminati. accipiet a pastore vocato male viuenti. Et si quo ad foꝝ cōtentiosum ius ibi videatur hr̄e. tū quo ad iudiciū sacre scripture ipe raptor ē vsurpans sibi alterū eoꝝ q̄ a deo coniūcta sunt sine reliq̄. i. mercedem sine conueniēti laboze. Item talis homicida

reputatur tam respectu mercēnarij quē defraudat ꝯ etiā respectu pauperū subditoꝝ quoꝝ sudorē comedit. De primo dicit Eccl.xxxiij. Qui effundit sanguinem ⁊ qui fraudem facit mercennario frēs sunt. De secūdo legitur etiam ibidem. Qui aufert in sudore panem quasi qui occidit ꝓximū. Item Eccl.xxxiij. Panis egentiū vita pauperis est. qui defraudat illū homo sanguinis est, qō si intelligatur de pane corpali. ergo a multo fortiori de pane spūali quod est verbū dei. Et si homicida irregularis est. patet ꝙ talis cū sit homicida irregularis est ⁊ indignus aliquo beneficio ecclastico. ¶ Contra illos qui dicūt ꝙ pūt plura beneficia ecclastica habere licite quia nobiles sunt. dico ꝙ si filij dei sunt ⁊ ecclesie vtiles ⁊ nonvolentes excedere mesuram nobilitatis sue fortitan iustū est vt de beneficijs ecclesiasticis ꝓ ceteris accipiant si fieri potest absq; lesura animarū. sed filij diaboli sunt qua rōe de bonis xpi ꝓ ceteris accipiāt. nūquid debet dūs nobilitatem filioꝝ diaboli honorare. Item si sint inutiles ecclesie dei vel nociui suo malo ⁊ puerso exemplo non videtur iustū ꝙ pre ceteris cōmodum habeant in ecclesia erquo ecclesia ab eis non habet. Item non est licitum aliquez in curia principis secularis qui nō habet nisi vnū equū stantem habere habenam duoꝝ equoꝝ ⁊ aliqs eiusdez curie seruientes nihil equis suis recipe. Quomodo ergo i curia dei. s. ecclesia in qua tot sunt boni sacerdotes qui de habena ecclesie non possunt habere ad necessitatem. licitum sit aliquem qui non habet nisi vnū equū qui est eius caro dicēte ꝓpheta. Equi eoꝝ caro. Isa.xxx. habenam quere ad plures eqs Sed vt dicit Linco. super euangelia parte secūda Maledictus equus qui duas vel tres prebendas equoꝝ comedit. nec tamen plus laborat ꝙ vnus. Vnde ⁊ de talibus intelligi potest illud Isa.v.c. Ve qui coniūgit domū ad domū. Item non videtur esse licitum ꝙ aliquis mutilet matrem suaz ecclesiam ꝓcurando ꝙ vnus habeat vnū membrū plusq; debeat habere. sed hoc facit hmōi habēs beneficioꝝ pluralitatem. ergo non videt hoc esse licitum. Et si dicitur ꝙ ecclesia licet non habeat oīa membra quo ad substantiam. tamen habet omnia quo ad officia. ⁊ hoc sufficit. quia vnus habet officia plurū. Respondemus ꝙ non licet in monoculo vnus oculus suppleat officiū duoꝝ non tantū valet vnū oculū sicut duos. nec dū seruiret matri sue carnali q̄ procuraret vt loco duoꝝ oculorū vnicū haberet. Item peccatū istud introducit in ecclesiam heresim sabellij qui dicebat patrem in diuinis esse filiū. contra quem dicit beatus Augustꝰ. quia hoc non inuenit in natura nec supra naturaz ꝙ eadem persona sit pater ⁊ filius respectu vnius ⁊ eiusdem. sed hoc intendit abusio predicta. Accidit em̄ ꝙ duo sunt decani in duabꝰ ecclesijs ⁊ vterq; canonicus in vtraq;. ⁊ sic vterq; pater ⁊ filius ē respectu vtriusq;. Omnes em̄ ꝓdictas rationes cōtra ꝓdictam abusionem spūaliter habet parisiēs. in de vicijs. parte quarta. ¶ Insuper est notandū. ꝙ pater ⁊ filiꝰ sunt correlātiua ⁊ huiusmodi simul existere oportet nec vnq; reperit in natura ꝙ aliqs sit pater carnalis qui non est nec vnq; fuit aptus procreare filiū ad vitam temporalem. Et cum fm phm. ars imitatur naturam inquantum potest. cōtra ordinem videtur esse nature ꝙ aliquis puer cōstituatur ⁊ ordinetur esse pater spūalis qui non est nec vnq; fuit aptus generare filios spūales ad vitā eternam. vnde dominus per ꝓphetaz Isa.ij. Hāc abusionem cōminatur sinagoge ranq; in magnaz penam dicens. Dabo pueros principes eorūz. Et ideo merito Linc.lij. Puer inquit minoris etatis aut incompetētis litterature qualitercūq; docilis fuerit aut ingeniosus dummodo huiusmodi est. non est ad curā pastoralem admittēdus. Nam vt exemplariter patet quis sapiens nauta nauem hominibus plenam in mari tempestuoso puero nautilis artis ignaro ⁊ in viribus ad nauis regimē deficienti licet de eo firma spes fuerit future pericie cōmittit nec quisq; vitulos ad aratrum iungit. q̄nis speret eos ꝓficere in robur boum. quia si hoc faceret. vitulos forsan oppremeret. ne vnq; ad boū fortitudinem venirent. nec tercio debilibus iumētis imponūtur onera grauiora licet valentibus ad fortitudinem crescere ne sub onerū succūbant grauitate. ⁊ si talia non fiunt vbi eminet periculū corporale. qua rōne tunc fieret vbi imminet periculū spūale. cum periculum spirituale tanto grauiꝰ est quanto spūalia corpalibus maiora sunt ⁊ meliora hec Linco. Item Sapiens ꝓuerb.xxx. Tria inq̄t sunt mihi difficilia ⁊ quartum penitus ignoro. viam aquile in celo. vīa colubri sup terram. viam nauis in medio maris. ⁊ viam viri in adolescētia sua. Super quo parisiēs. si inquit valde incertus sit volatus aquile in celo eo ꝙ diuertat se ad cadauer. ⁊ incessus serpentis quia tortuose incedit. ⁊ viam nauis in medio maris quia variat. multū tamē hoc dicit Salomon se penitus ignorare. sed solū viam viri in adolescentia sua. Hū sapientiores salomone videntur illi se reputare qui propter aliqua signa bona que videntur esse in iuuenibus asserunt eos futuros bonos ⁊ faciunt eos promoueri non attēdentes quia oportz columnā prius robur suū accepisse ꝙ ponatur in edificio. hec parisiēn. Item Linco. epistola. lxxxvij. Cum inquit ministerium cure pastoralis oīibus alijs ministerijs sit excellentius ac magis necessarium electoꝝ pastoꝝ animarum omnibus erit iniquoꝝ ⁊ deo ⁊ angelis et oīibus sanctis detestabiliꝰ qui pastorem eligit nisi quem ad curam pastoralis ministerij quantū possibile est humane fragilitati perscrutatus fuerit fore ydoneū. hec ille. Item Hdo in quodaz sermone. Qui inquit eligeret pugilem qui pro hereditate sua pugnaret non cecum debilem vel claudum eligeret sed fortissimum quem inuenire posset. ita deus pater fortissimū quem inuenire potuit. scz filium suū vnigenitum pro animabus quas maxime dilexit pugnare elegit. sic certe prelati ecclesie ⁊ omnes patroni fortiorem spūaliter ⁊ habilissimum quem possunt in ecclesia collocare deberent. qui pro animabus ꝓciosissimo sanguine xpi redemptis contra malignos spūs dimicaret. hec ille. Predicta enim species auaricie. scilicet fraus cum vicijs sibi annexis. scz iniusticia in contractu emptionis ⁊ venditōnis vsura ⁊ simonia manife-

ſtē repugnant iuſticie cōmutatiue ⁊ ꝓhibentur ꝑ illud mandatum. Non furtum facias. per qō ꝓhibetur omne nocumentuz quod infertur proximo in rebus ſuis. ad cuius tranſgreſſionem reducitur aſtutia ⁊ dolus ⁊ prudētia huius mūdi que ē prudentia carnis. tamen quando finis illius prudētie ſtatuitur ad aliquid delectabile ſm carnem tūc ꝑtinet ad tranſgreſſionē huius mandati. Non mechaberis. vel non concupiſces vxorem proximi tui. Prudētia autem ⁊ aſtutia ⁊ dolus opponūtur virtuti prudentie cum qua tamen quādam ſimilitudinem habent. Sacrilegium vō opponitur vtuti religionis per quam deus colitur que eſt pars iuſticie ⁊ ptinet ad tranſgreſſionem huius mandati. Sabbata ſanctifices. quia per ipſum precipitur diuinū cultum ⁊ debitam reuerentiam deo ⁊ diuinis exhiberi. Opponitur autem ſimonia virtuti religionis per quam debitus cultus ⁊ deo debita reuerentia exhibetur. que quidem virtus eſt pars iuſticie que reddit vnicuiq; ſm q̄ ſibi debetur. per ſimoniam vō ſacris ⁊ diuinis ⁊ per conſequēs deo magna irreuerentia exhibetur. quia eſtimat ſpiritualia poſſe terreno precio compare. ⁊ ideo pertinet ad tranſgreſſionem precepti de ſanctificatiōe ſabbati per quod precipitur debitus cultus ⁊ reuerentia deo exhiberi.

Capitulum XXII

Exta ſpecies auaricie

eſt proditio qua q̄s amico ſuo dño vel regi ꝓpter auariciam vel aliam cauſam inordinatam inſidiatur nullam fidem ſibi ſeruādo. ſicut exemplariter patet de iuda traditore qui propter auariciam deū ⁊ dominū ſuū ihm xp̄m ſuis inimicis facinoroſe tradidit occidendum. Et ſicut dicit Beda. ⁊ ponitur in cano. xj. q. iij. abijt iudas multi inquit hodie iude ſcelus q̄ dominū ac magiſtrum deumq; ſuum pro pecunia vēdidit. velut nepharium abhorrent. nec tamen cauent. Mā pro muneribus falſum contra quemlibet teſtimoniū dicunt. profecto quia veritatem pro pecunia negāt deumq; pro pecunia vendunt. Ipſe em̄ dixit. Ego ſum veritas. Cum etiam ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordie peſte cōmaculant deum produnt q̄ de⁹ charitas ē. q̄ igit̄ charitatis ⁊ veritatis iuſſa ſpernūt. deum vtiq; qui charitas ⁊ veritas ē ꝓdūt ⁊ maxime cū non in infirmitate vel ignorantia peccant. ſed in ſimilitudinem iude querunt oportunitatem qualiter arbitris abſentibus mendacio veritatem ⁊ virtutē crimine mutent. hec ille. Item auguſtinus eadem q̄ſti. ca. quiſquis. Quiſquis inq̄t veritatem metu cuiuſlibet poteſtatis occultat. irā dei ſuper ſe prouocat. quia magis timent hominē q̄ deum. vterq; reus ⁊ qui veritatez occultat ⁊ qui mendaciū dicit. quia ⁊ ille prodeſſe non vult ⁊ iſte nocere deſiderat hec ille. Item Criſoſtomus eadē queſt. ca. nolite. Non ſolum inquit ille proditor ē veritatis qui tranſgrediens contra veritatem palam mendaciū loquitur. ſed etiam ille qui non libere pronūciat quam libere ꝓnūciare oportz. aut nō libere veritatē defendit quā libere defendere cōuenit ꝓditor eſt veritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt vt veritatem quā a deo audiuit libere ꝑdicet. ſic laicus debitor eſt vt veritatē quā audiuit a ſacerdotibus ꝓfatam q̄dez in ſcripturis defendat fiducialiter. qō ſi non fecerit ꝓdit veritatē. hec ille Vnde ⁊ in figuralem cōfirmatōem huius ſententie legit. iiij. Regū. xj. q athalia mater regis ochoſie videns filiū ſuū mortuū ochoſiam ſurrexit ⁊ interfecit omne ſemen regium qō inuenire poſſet vt ipſamet regnaret ſuper populuz. ſed Joſaba ſoror ochoſie videns crudelitatē huius tyranniſſe clam tulit ioas filiū ⁊ heredem ochoſie fratris ſui ⁊ abſcondit eū ⁊ nutrire fecit in templo dei ſex annis. ⁊ in ſeptimo anno ioiadas ſacerdos templi collegit principes leuitaꝝ. milites ⁊ ceteros magnates ⁊ oſtendit eis ſecrete filiū regis. ⁊ coniurauerūt ꝑ puero contra athaliam. ⁊ conſtituerūt eū regem ⁊ occiderūt athaliam. Spūaliter ꝑ iſtam mulierem athaliam q̄ interp̄tatur peccans domino intelligitur falſitas q̄ ſemper nititᵉ impedire ⁊ extinguere veritatem ⁊ fidelem doctrinam legis xp̄i. Per ioas qui interp̄tatur fortitudo dei veritas figuratur Per ioſabam q̄ cuſtodiebat ioas quilibet fidelis xp̄ianus cuſtodiens veritatem poteſt intelligi. ⁊ ꝑ hoc q̄ ioiadas ſacerdos oſtendebat principibus ⁊ militibus ioas. ⁊ ipi conſtituerūt eum regem ⁊ occiderūt athaliam intelligitur q̄ ſacerdotes oſtēderent principibus ⁊ militibus alijs veritatē legis. quia vt dicit Criſoſto. ope. imper. omeᵗ. xlij. Sacerdotes niſi omnē veritatē populo manifeſtauerint dabūt ratōnem in die iudicij. ⁊ ipi. ſ. principes. milites ⁊ oēs alij fideles toto poſſe ſuo veritatē defenderent. ⁊ falſitatem deſtruerent ⁊ errorem. Vñ Iſidorꝰ ⁊ ponitur in canone. xxiij. q. v. principes. Principes inquit huius ſeculi nonnūq; poteſtatis adepte culmina tenent vt per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam minuant. cerex inter ecciam poteſtates neceſſe non eſſent niſi qō nō ualet ſacerdos efficere ꝑ doctrine ſermonē poteſtas hoc impleret ꝑ diſcipline errorem. Et ſeq̄tur. Cognoſcant principes ſeculi deo ſe debere ratōnē reddere ꝓpter eccleſiam quam a xp̄o tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue pax ⁊ diſciplina eccleſie ꝑ fideles principes augeatur ſiue diſſoluatur ille ab eis exigit rōnem qui eoꝝ poteſtati ſuam eccleſiam credidit tuendam. ſed quod dolendum eſt iam domini tempales ad oppꝛimendū veritatē ⁊ impugnādum diſciplinam eccleſiaſticam magis q̄ ad defendendum multotiens ſunt parati. ac etiam paſtores eccleſie iam multi nedū veritatem euāgelicam ꝓnūciare contemnūt. ſed etiam ſubditos ſuos pernicioſiſſimo ſuo exemplo occidūt. ⁊ ideo tales nedū ſunt veritatis ꝓditores nequiſſimi. q̄ etiā antichriſti. manifeſtiſſimi. Vnde Linco. in quodā ſermone qui ſic incipit. Matis educatis ⁊ aſſumptis xp̄us inquit deſcendens de ſinu patris in vterum matris ⁊ virginis in ea ⁊ ex ea homo factus ⁊ natus q̄cunq; geſſit in carne ſalutaria. glorioſa ⁊ mirifica. ⁊ q̄cunq; paſſus ē humilia ⁊ verecūda ⁊ aſpera primo ꝓprie ⁊ principaliter ꝓpter vnificatōem ſaluatōem ⁊ deificatōem animaꝝ geſſit ⁊ paſſus ē ergo paſtores eccleſie ex officio aſſumpto debitores vite eius ad eius imitationem alias vnificare.

saluare ⁊ deificare eas debentes econtrario mortificantes perdentes ⁊ a deo quantū in ipis est separantes. ac per hoc primo ꝓie ⁊ principaliter xp̃o cōtrarij manifesti sunt antixp̃i. hec ille. Et q̄ principale ⁊ finale opus xp̃i fuit propter quod descendit de sinu patris in vterum virginis, ⁊ ex ea natꝰ passus fuit in cruce propter animarum vinificationem ⁊ onis que perierat quesitionem bene figuratur Genesis. xxxvij. vbi legitur q̄ Iacob videns tunicam filij sui Ioseph vēditi in egyptum sanguine hedi tinctam dixit. Heu fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. ⁊ noluit consolari a filijs suis sed cilicio se induit ⁊ dixit. Descendam lugens ad filium meū in infernū. Spūaliter Ioseph augmentum interpretatur. ⁊ sicut dicit Ydo super euangelium sermone tricesimoquinto. hanc pertractans hystoriam signat primū parentem nostrum adam a quo genus humanū augmentatū super terram incepit. Hunc Ioseph pater celestis induit tunica vere innocentie in paradiso. Sed hac tunica inuidia diaboli exutus venditus est in egyptum id est ad tenebras inferni precio peccati. Unde Origen. Peccatum inquit est diaboli pecunia quā qui accipit animam suam diabolo vendit. Et ideo merito dicitur Ecclesiastici. x. Nihil iniquius q̄ amare pecuniam. hic animam suam venalem habet. Ysto Ioseph taliter in egyptum vendito. pater suꝰ id est filius dei videns tunicam suam sanguine hedi tinctam hoc est sanguine peccati maculatam. dixit. Heu fera pessima. id est ipe diabolus deuorauit filium meum. Habuit etenim altos filios. id ē angelos in celo sed quasi nolens ab eis consolari descendit in terras ⁊ cilicio nature hūane se induit de qua postea in passione sua cum lacrimis ⁊ clamore valido emisit spūm. ⁊ sic lugens descēdit ad inferna ⁊ liberauit filium suus adam de faucibus diaboli. Et sicut dicit Ydo super euangelium vbi prius. qui salutem ouium sicut xp̃us querunt veri pastores dicūtur. ꝯ q̄ tm̄ lac ⁊ lanam cupiūt. tonsores ouiū nūcupantur. de quibus raro vel nunq̄ in sacra scriptura bona cantilena auditur. Unde iudas dum iret ad tondendum oues fornicatus est cum thamar nuro sua. vt patet Genesis. xxxviij. Item absalon dum tonderet oues fratrem suum amon interfecit. vt patet. ij. Reg. xiij. Item laban dum iret ad oues tondendas amisit amicum suū fidelissimū Iacob. vt patet Genesis. xxxj. Sic spiritualiter vt dicit Ydo pastores ecclesie cū nimis inhiant tempalibus verum Iacob. id est xp̃m amittunt. ⁊ suis peruersis exemplis suos subditos corrumpunt. hec ille. ¶ Et ideo merito Ricard. hanspol. super illud Iob. xvij. Si sustinuero infernus domus mea est. Ve inquit sacerdotibus qui tanto zelo ⁊ clamore decimas ⁊ ea que ad altare p̄tinent exigunt ⁊ de animabus parrochianoꝝ tam parum curant instanter pecuniam petunt. sed raro vel nūq̄ proferūt sermonem. excōmunicāt illos qui ab ecclesia illorum sua iura subtrahūt. ⁊ ipi sacerdotes primo a deo excōmunicantur. quia ecclesiam dei vt tenentur non regūt. multi tamen dicūt nescimus regere. nesc mus p̄dicare. sicut scim⁹ sic facimus. non oportet vt omnia cognoscamus. immo ve vobis qui curam quam nescitis accipitis vos ⁊ subditos vestros in infernum inferiorem demergitis. vos ceci cecos ducitis ⁊ in foueam cadere non timetis. o miser quare illoꝝ custodiam accipis ⁊ teipm̄ custodire nescis. hec ille. Et huic sententie alludens Linco. dicto. xc. Ve inquit malis pastoribus ve comināt quia illi sunt cum filijs heli cuz filijs belial nescientes deū neq̄ officiū sacerdotum ad pp̄ulū magis delicata a subditis tollētes vt cū mulieribus ad ostiū tabernaculi dormiētes cū filijs samuel in vijs patris eoruz non ambulantes. sed post auariciam declinātes munera accipientes ⁊ iudicia peruertentes. In oculis xp̃ijs cum saule magni cū tamen ipi sunt sacerdotes de extremis populi. neq̄ sunt de filijs leui. sed muneribus implendo manus hieroboam ad gradū sacerdotij prouecti ⁊ in excelsis ⁊ phanis sublimibꝰ constituti. Hij sunt exactores qui populū dei spoliant adulationibus beatificando. gressus populi dissipant. vineam domini depascūt populū dei arterunt. ⁊ facies pauperum confundūt. rapinā pauperum thesaurisant. impium ꝓ muneribus iustificant. ⁊ iusticiam iusti ab eo auferūt. leges iniquas scribunt. in iudicio pauperes opp̄imūt. causse humiliū vim faciūt. vt sint vidue preda eoruz ⁊ pupillis diripiant. hij ſm Hieremiā magis iugū domini suaue conf[illegible]ingunt mandatorum ipiꝰ vincula rumpunt. me[illegible]dacijs applaudunt. volum facinnt. falsam pacem. ꝓmittūt. abhominationes faciunt. ⁊ hinc erubescere nesciunt. ab his sup omnem terram egressa ē pollutio. ab his deperiit salnatio. ex his ꝓcessit discurrēs vagatio. in hijs maxima dei obliuio. per hos sanguinis iustorū effusio. Hi ſm Ezechielem sunt spiritum suū sequentes quasi in deserto vulpes ꝓpter pugillum ordei ⁊ fragmentum panis domini ad populū violentes animas que non moriūtur interficientes ⁊ animas q̄ viuūt vinificantes. manū egeno non porrigentes in saturitate. ⁊ abundantia panis ociosi ventes murū pro domo domini nō se exponentes neq̄ in p̄lio stantes ꝯ in bello spūali ruētes sine diuino consilio ad bella corporalia exeūtes. hi legis dei cōtēptores sanctuarij domini pollutores inter sanctum ⁊ prophanum. nullam habentes distantiam. lupi rapaces ad predam cornibus potestatis infirma pecora mutilāt. ⁊ sic prauis operibus scientie legis dei puritatē p̄turbāt. Hij ſm Ozeaz scientiam repellunt. peccata populi comedunt. et animas eorum ad iniquitates subleuāt. Hij sunt ſm Paulū qui cum p̄dicant non furandum furāntur. ⁊ cum dicunt non mechandum mechant. qui abhominant sacrilegium ipsum faciunt. qui in lege gloriantur per preuaricationem legis deum inhonorant ac per hoc nomen dei blasphemāt. qui sibi ⁊ non spūalibus filijs thesaurisant. non q̄ xp̃i sed que sua sunt querunt. hec Linconiēsis. Item Bernhardus super cantica sermone. xxxiij. de talibus sic scribit. Ve inquit generationi huic q̄ est ypocrisis. serpit hodie putrida tabes per oīe corpus ecclesie si insurgeret apertus inimicus. apertus hereticus mitteretur foras et aresceret si violenter inimicus abscōderet se forsitan ab eo. nūc vo quē

rificat. sic xps oões ecclesie deo patri presentat q̄ ꝑsentatio multum facit eas valere. quō ergo a deo patre ꝓtenerek qō ei a tanto mediatore ꝑsentak. hec ille. ¶ Scdo oōnis vtus dici pōt preciosa. ꝑ eo' q̄ remediū est ꝓtra vitioz̄ oīm tēptamēta. Vñ ysido. in de summo bono. l. iij. ca. vij. Hoc inq̄t est remediū eius q̄ vicioz̄ tempramētis exestuat vt quotiēs q̄libet tāgik vino totiens ad oōnē se subdat. q̄a frequens oratio vicioz̄ ipugnatione extinguit. vñ dicebat magn⁹ cātoz parik. Qui molestak luxuria vl' hmōi certū numerū genuflexionuz cū letania sibi ꝑstituat. q̄ oratio demones fugat. vñ Math. xxvij. z Mar. ix. Hoc gen⁹ demonioz̄ in nullo pōt exire nisi in oōne z ieiunio. Vnde sicut delectatio luxurie carnē inflāmat. ita oratio demones incendit. vñ clamabat q̄daz demonio plen⁹. Bartholomee apostole dei incendunt me oões tue. Et subdit ysido. vbi ꝑtus. qū inq̄t q̄s orat spūmsanctuz aduocat. ac vbi inuenerit ꝑfestim tēptamēta demonioz̄ que sementib⁹ hūanis immergūt pñtiam ei⁹ ferre nō sustinentes effugūt. hec ille. Item ber. in de medita. c. vij. Nihil inq̄t in hac vita dulci⁹ sentik. nihil audi⁹ sumik. nihil ita mentē ab amore mundi sepat. nihil sic animū ꝓtra tēptationes inimicoz̄ roborat. nihil ita hominē excitat z adiuuat ad omne opus bonū et ad omnē laborē perfectū sīc oratio. hec ille. Item legik. j. Regū. xvj. q̄ cū spūs mal⁹ arripet saulē tol lebat dauid cytharam z pcutiebat. z saul lenius ferebat. Ista cythara vt dicit ca. de peniten. di. j. nihil aliud est nisi deuota oratio. Pulset ergo dauid ꝓ populo. i. sancta ecclesia z viri fortes in fide. Dicit em̄ crisost. in sermone renersionis de exilio q̄ oratō ecclesie fregit petri vincula z carcerē. oratio stephani pduxit paulū ad fidem. Vñ dicit augusti. in epistola ad vincentiū donatistam q̄ si stephan⁹ ꝑ paulo non orasset. ecclesia nūq̄ beatū paulū doctorem habuisset. Quātuz em̄ valet oratio ecclesie ptz in figura Exod. vij. vbi legitur q̄ q̄diu moyses leuauit manus suas oādo ad dñm ꝑ filijs israbel. israbel vincebat. si vo vel modicū manus remisisset vincebat amalech. insignū q̄ q̄diu ecclesia debite orat. ꝑ populo subdito ecclesia ꝓtra inimicos spūales populus prenalebit. z melius in omib⁹ bonis opib⁹ expedjet. Vñ Leuitl. iij. Orante ꝑ eis sacerdote ꝑ picius erit dominꝰ. Item Jhero. z ponik in ca. dis. xxxij. si q̄s vult. Moyses inq̄t ad bella nō vadit vt pugnat ꝓtra inimicos. ꝫ q̄d facit orat. z dū orat vincit ppls ei⁹. si relaxauerit z dimiserit man⁹ ei⁹ ppls eius vincik z fugak. Oret igik sacerdos eccle indesinenter vt vincat ppls q̄ sub ipo est hostes inuincibiles amalechitas q̄ sunt demones impugnantes eos qui volunt pie viuere in christo. hec ille. Item magr̄ hystoriaz̄ dicit. Alexander rex pagan⁹ orationem iudeos inclusit inter montes caspeos Si ergo ad preces pagani regis de⁹ tm̄ fecit multa plura faciet ad preces fidelis xpiani. ¶ Tertio pōt dici preciosa oōnis vtus q̄ malas depmit cogitationes. Vnde august. in epla ad Julianū comitem. Si inquit cogitatiões hui⁹ seculi male z sordide turbāt cor tuum et cogunt illicitum aliquid perpetrare. ꝑ orationes puras z vigilias sanctas depellentur ab anima tua. Oratio namq̄ grandis est munitio anime. per orationes purissimas omnia nobis vtilia a deo tribuunk z cuncta noxia effugantur z ne diutius de hoc disputem vel immorer. sicut ex carnalib⁹ escis alitur caro. ita ex diuinis eloquijs et orationib⁹ interior homo nutritur z pascik hec ille. ¶ Quarto orationis vtus pōt dici preciosa ꝑ eo q̄ orare ē occupatio maxime lucratiua. Vnde oratione omni tempore potest homo lucrari. s. in hyeme in estate. i sereno z in pluuiali tempore. nocte die in dieb⁹ festiuis z ferialibus. in infirmitate. z in sanitate. z in iuuentute z in senectute. stando et eundo in domo et extra domum. immo' z quandoq̄ vna hora plus lucratur vnus homo orando q̄ omnes mūdani mercatores mille annis in negociando. Ac etiam vt dicit Parik. plus aliquando vetula iusta acquirit de celo vna hora orādo q̄ mille milites peccatores armati contra hostes corporales preliando. quia deuota oratione acquirit homo regnū celoz̄. sicut exemplum habemus Math. xxvij. de latrone in dextro latere xpi pendēte. q̄ deum deuote orando dixit Memento mei domie dū veneris in regnū tuum. Cui statim xps dixit. Amen dico tibi hodie mecuz eris in paradiso. ¶ Quinto oōnis virtus dici pōt preciosa eo q̄ orare opus quasi maximū est honoris. Nam nonne magnus honor esset paupi si haberet tantam gratiam a rege suo terreno q̄ familiariter quotidie quotiens vellet posset secū loq̄ et rex domestice z amicabiliter ipsum alloquerek. sed cuz oramus ipsi cum deo loquimur. cum vero legim⁹ deus nobiscuz loquitur. Vnde ysidorus in ō summo bono. libro. iij. capitulo. vij. Qui iquit vult cū deo semper esse frequenter debet orare. frequēter legere. nam cum oramus ipsi cū deo loquimur Cum vero legimus deus nobiscum loquitur.

¶ Sexto orationis virtus dici potest preciosa ꝑ eo q̄ infirmitates tam mentis q̄ corporis multotiens sanat. z vitam ꝓlōgat. Vnde dicit Jacobi. v. Oratio fidei saluabit infirmū. z alleuiabit eum dominꝰ z si in peccatis sit dimittentur ei. Et ideo merito dicit scriptura Ecclesiastici. xxxviij. capitulo. In tua infirmitate ne despicias teipsum. sed orabis deum z ipse curabit te. Vnde quarti Regū. xxiij. z Jsaie. xxxviij. legik q̄ egrotauit rex Ezechias vsq̄ ad mortem. z introiuit ad eum ysaias filius amos ꝓphete z dixit ei. hec dicit dominus. dispone domui tue. q̄ morieris z non vines. z conuerit ezechias faciez ad parietem. z orauit ad deum z dixit. Obsecro domine memento queso quomodo ambulauerim coraz te in veritate et in corde perfecto. z quod bonuz est in oculꝭ tuis fecerim. z flenit ezechias fleto magno. et factum est verbum domini ad ysaiam dicens. vade z dic ezechie hec dicit dominus deus dauid patris tui. audiui orationem tuam z vidi lacrymas tuas ecce ego adijciaz super dies tuos quindecim annos z de manu regis assyriozū eruam te z ciuitatē istam et protegam eam. ¶ Septimo orationis virtus dici potest ꝑciosa ꝓ eo q̄ oratio liberat a mūdano obprobrio. et de mortis corporalis periculo. vt patet thobie. iij. z viij. ō thobia z sara raguelis filia Item Dañ. xiij. de susanna. Item hester regina oratiõe meruit populum suum a morte liberare z eorum inimicum Aman regis imperio patibulo ba-

bere peremptum. vt patet Hester.xiiij. Item anna vxor helchane oratione liberata est de sterilitate obprobrio & concepit & pepit samuelem ꝓphetā eximium domini.j. Regū.j. ¶ Octauo ozōnis virtus dici potest pciosa.q; a psecutoribus liberat & i bello coporali victoriam obtinet. vnde oratione iacob liberatus est de psecutiōe esau fratris sui. vtz Geñ. xxxvij. Item oratiōe manasses liberatus est de carcere. & de compedib⁹ regis assyrioꝝ & restitutus est ad regnū suum. vt patet. ij. paral'. xxxiij. Item quādo iosue cū exercitu suo pugnaret ꝯ amalech moyses ascendit in verticem montis & cū leuasset manꝰ ad deum orando vincebat iosue. ꝙ qñ paululuz cessauit ab oratione vicebat amalech. vtz Exoð. xvij. Item ad ozōnem iosue steterūt sol & luna donec vlciscetur se deus de inimicis suis. stetit em̄ sol i medio celi & nō festinauit occumbere spacio vnius diei. non fuit aūt ante nec post tam longa dies. vt dicitur Josue. vij. Item iudas machabeus ꝓmissurus bellum cum inimicis oranit & victoriam obtinuit. vt patet. j. Macha. iij. iiij. & vij. Item. ij macha. vij. et. xix. & multis alijs locis. sed in duobus bellis ꝑcipue. non em̄ legit eum orasse primo contra regē antiochum eupatorem & tūc in bello cecidit. vt patet. j. macha. ix. Item ionathas videns q̄ omnes exceptis paucis exercitus sui dereliquerunt eū pugnātem contra alienigenas scidit vestimenta sua & oranit ad dñm. & postea victoriam obtinuit gloriosam vt patet. j. Machabe. xj. ¶ Nono ozōnis virtus dici potest ꝑciosa pro eo q̄ oratio celum claudit & aperit. vnde Helias oratione clausit celū ita tū q̄ tribus annis & sex mensibus sup terraz pluuia nō descendit. & iterū oratione celum reseravit & celū abūdanter dedit pluuiam. & terra fructū suum ꝓtulit ꝑciosum. vtz. iij. Regū. xviij. & Jac. v. ca. ¶ Decimo orationis virtus dici potest preciosa ꝓ eo q̄ cōfert homini fidem catholicam & spūssancti inspirationem. vnde cornelius paganus virtute ozōnis visitationem meruit habere angelicaz. baptismi sacramētum & spūssancti inspirationez. vt patet Actu. xiij. ¶ Undecimo ozōnis virtus dici potest preciosa ꝓ eo q̄ vindicte dei resistit & ea a populo penitenti expellit. vt patet Jone. iij. vbi legit q̄ domin⁹ dixit ad Jonam ꝓphetam Surge et vade in niniuen ciuitatem magnā & predica ibi meam ꝓdicationez quam ego loquar ad te. Et surrexit Jonas & abijt in niniuen iuxta ꝙbum domini. & niniuen erat ciuitas magna ītenerss triū dierū. Et cepit Jonas introire ciuitatē itinere diei vnius exclamauit & dixit. adhuc quadragīta dies & nineue destruet. & crediderunt viri niniuite domino & predicauerunt ieiunū. & vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorem. & puenit verbū ad regem niniue & surrexit de solio suo & abiecit vestimentū suum a se & indutus est sacco et sedit in cinere & clamauit & dixit i niniue ex ore regis et principum eius dicens. hoīm & iumēta bones et pecora nō gustent quicq̄ nec pascant. & aquā nō bibent. & operiant saccis hoies & iumenta. & clamēt ad deum in fortitudine. & puertat vir a via sua mala et ab iniquitate que est in manibus eoruz. quis scit si conuertat & ignoscat deus et reuertatur a furore vie sue & non peribimus. & vidit deus opera eorum Et quia cōuersi sunt a via sua & misertus est deus super malicia quam locutus est vt faceret eis et non fecit. ¶ Sed hic oritur dubiū qualiter intelligenda sunt verba supradicta ꝓphete in persona dei loquentis & dicentis. Adhuc quadragita dies & niniue subuertet. vnde videtur verba huius ꝓphete manifeste obuiare dicti ꝓphete in persona dei Malach. iij. dicentis. Ego dominus & non mutor. nam vt supra dicit vidit deus opa eorum. s. ninuitarum et q; conuersi sunt a via sua & misertus est deus super malicia quam locutus est vt faceret eis non fecit. Ex quo plane videt sequi q̄ deus mutauit sententiam suam. & ꝓpheta in persona dei loquenti falsissime ꝓphetauit. Hinc dicit q̄ huius ꝓphete verba supradicta sic & multa alia dicta scripture sacre intelligenda sunt ad sensum quo fiunt & nō ad sensuz quem faciunt. vnde verba supradicta ꝓphete intelligenda sunt sub ꝓditione tacita licet non expressa. Unde Linconi. dicto. cxxxiij. In ꝓphetia inqt cōminationis est sermo nō simplr assertiuus eiꝰ rei quam cōminat. sed eius intelligentie fm quam ad implebit. qō pōt intelligi exemplo cōiter loquentium. esto em̄ q̄ video aliquem sedentez super strueꝫ combustibilem & q̄ accendat strues eo ignorante & supersedente. qui si se non ammoneat combureꝫ. nonne volens eū premunire de periculo imminēte clamabo ad eū ardebis iā ardeb. quē tū scio nō arsurū si velit eum ammouere. & scio eum em̄ arsurum nisi se ammoneat. Affirmo itaq; predicatū de subiecto non simplr. sed eo manēte in statu in quo iam est. vtpote eo perseuerāte in sessione super strueꝫ accensam. sed non affirmo illud de eo sine perseuerantia in sessiōe. ipam aūt perseuerantiam in sessione non affirmo nec nego. q; posita est in arbitrio libero sedentis. Similiter si videro seruum meum deliquisse. vellemq; vt peteret veniā ꝓ delicto & dispono me punire eum si non petat veniam & parcere ꝓpono si veniam petat. sed quasi commonēs eū ad petendū veniam. dico ego scorpionibꝰ te cedaz affirmans predicatuz de subiecto ptinaci in delicto non simpliciter de eo qui deliquit ipsam aūt pertinaciam in delicto neq; affirmo neq; abnego a subiecto. sed relinquo illud in eius libero arbitrio. vnde sine futurū sit qō ꝓminor sine non. nihi minꝰ verꝰ est sermo meus ꝓminatorius. si em̄ mutet suaz pertinaciam in delicto & mutato nihil pene cōminatꝰ sum. vnde licet non cedam illū. falsus non sum. immo magis falsus essem si illum cederem. q; hac intentione ꝓminatus sum eū vt mutatum nō cederez et hoc mō sermo quem proferebat Jonas ad niniuitas non fuit affirmans subuersionē corporalem eorum hominū. sed eoꝝ hoim ptinacium & perduratium in malicia sua. ipam aūt perdurationem i malicia non affirmabat. ꝙ hoc relinquebat eorū ꝓprio arbitrio. vnde si perdurassent in malicia sua subuersi fuissent corporaliter. & verus fuisset sermo ꝓphete. cum vo non pduranerunt in malicia ꝙ se mutauerūt in melius cum de illis ꝓmutatis i bonū nullam corporalem subuersionez affirmabat sermo ille. & licet illis non eueniret corporalis subuersio nulla subfuit in sermone illo falsitatis significatio. affirmabat igit sermo ille ꝓphet⁹ cōtum fuit signifi-

cationē illius sermonis spūalem subuersionē in illis hominib⁹ que futura fuit z corpalem subuersionez nō de hominib⁹, ꝫ de ptinacib⁹ in malicia quā pertinaciā tñ non affirmabat de illis. si aūt corpalē subuersionem de hominibus simplr asseruisset sermo falsus fuisset. Sed que fuit assertio ꝓphete, ꝓferentis illum sermonez ex ptinentia littere illius ꝓphete videtur nō asseruisse intellectū spūalez. z cōstat q intellectū falsum litteralem nō asseruit. Asseruit ergo intellectū litteralē verū. s. subuersionē literalem de pertinacibus, ptinaciam tñ non asseren do z ita videt q ꝑ spūm ꝓphetie elenata fuerit mēs eius ad videndū veritatez sensus illius litteralis, ꝫ nō manifestata fuerat ei veritas intelligentie spūal nec veritas eius an ꝓmansuri essent pertinaces in malicia. an nōnulla veritas determinata illius sermonis illi fuit manifestata, ꝫ solū sciuit loquentem ad se. z ꝓphetare iubentem deum esse, ac per hoc veridicū z ita sermonē illū esse verū. licet lateret illum veritas quā determinate ꝓnunciauit. hec linco.

¶ Duodecimo orōnis virtus dici pōt ꝑciosa eo q qōammodo resistit deo. Vnde legit Exo. xxxij. z Deut. ix. q deo ꝓponēte pcutere populuz suū ictu vindicte ꝓpt suaz rebellionē et ydolatriam. moyses intantū orauit ꝑ populo ad deum vt auerteret iraz suam ab eis. Cui dixit deus. cerno q populus iste dure cervicis sit. dimitte me vt iraſcat cōtra eos ira mea vt destruam eos. Sup quo dicit beatus ihero. in minori breuiario. Moyses iquit quodammodo resistit deo suis precibus sanctis. sic q non pcussit populum suum. Et dicit ihero. Videte potestatem moysi. quid ei dicit dñs deus Dimitte me. vim mihi facis, preces tue quasi tenent me. manū meā reti nent orōnes tue. ego mitto sagittas z tacula. z orōnes tue ꝓtegūt populū. dimitte me vt pcutiā popu lū istū. simulq; pside rate miaz dei qñ dicit dimitte me. oñditq; qz si nō dimiserit moyses orare de⁹ nō pcutit. si ergo tu dimiseris orare ego pcutiā. z sic ꝑcib⁹ moysi ꝓpulsata est ira dñi a populo dei. hec ie ro. z ex istis sanctoꝝ dictis z sacre scripture sententia tam exiliter ꝓgregatis aliqualit liquet ꝗ magna est virtus z ꝑciositas devote orōnis, ꝫ ꝑ eo q sic di cit crisost. ope. imp. omel. xv. Orationis vtus ē op⁹ iusticie. orō aūt qsi odor suauitatis est boni operis mō sicut res aliqua sine odore pōt esse. odor autē si ne aliqua re esse nō pōt. sic opus bonū sine oratiōe aliq̄d est. oratio aūt sine bono opere nihil est.

Capitulum XXXVI

Ecundo principaliter

f videndum est q̄d vel q̄ req̄runt ad orōnez ad hoc q suaz retineat efficaciā et vtutem

¶ Pro quo notandū q ad orōez debitā z deo placentē inter cetera. x. spāliter requirūtur. ¶ Primo req̄ritur q sit cū humilitate. vñ Judith. ix. Humilium z mansuetoꝝ sp placuit tibi depcatio. Item ps. Respexit deus in orōnē humiliū z non sprevit preces eo. Itē eccl. xxxv. Orō humiliātis se nubes penetrat. qō ꝓsiderans david q postq; ꝓtra voluntatē dei populū suū numerauit ꝓfitendo pctm suū miserā divinā humiliter postulauit dicēs. Pec cavi valde in facto hoc. sed precor dñe vt transferas iniq̄tatē servi tui. qz stulte egi. z sequitur. cum vidisset david angelū populū suum cedentē dixit ad dominū. Ego sum q̄ peccavi z iniq̄ egi. isti oues sunt. q̄d fecerūt. vertat obsecro manꝰ tua ꝓtra me. ij. Reguz ulti. Item rex ezechias humili orōne. xv. annis vitam suā ꝓlongatā obtinuit. vtz. iij. Reg. xxiij. z. ij. Parali. xxij. z Isa. xxxviij. Itē mulier chananea se humiliavit catello seipam ꝓpando. cū xps cant eaz ꝓparasset. z ꝓpt illā humiliatiōez meruit a xpo obtinere q̄ a xpo deprecasset. s. filie sue a demonio liberationē. vñ dixit sibi xps. ꝓpt hūc sermonē exiuit demoniū a filia tua. Matth. viij. ¶ Scdo ad hoc q oratio sit deo placita requirit q sit cū fide perfecta. nā vt dicit apls Hebre. xj. Sine fide impossibile ē placere deo. ꝫ orō illi⁹ q̄ deo nō placet. s. ꝓpter defectū fidei ꝫ magis displicet non merek audiri. vnde grego. z ponit in ca. iij. q. vij. in gratib⁹. Cunctis in quit liquet q cū is q̄ displicet ad intercedendū mittitur irati animus ad deteriora ꝓvocat. Scriptum quippe est. victume ipioꝝ abhominablies sunt deo. sicut dicit xps Matth. xj. Omia q̄cunq; petitis credite q̄ accipietis z evenient vobis. vñ p̄ puer babētis spm murū cū fide orauit salutē filij sui dicēs Credo dñe adiuua incredulitatē meā z iō ꝓmeruit habere filiū suū a demonio liberatū vtz Mar. ix. Itez fide magna maria magda. corde devoto licet tacens ore divinā exorauit miam. z iō meruit audire xpm sibi dicentē. Remittunt tibi peccata tua. Et subdit fides tua te salvā fecit. Luc. vij. Itez cū magna fide orauit centurio ihm vt sanaret puerū suū paliticuz in doma sua iacentē. z ait sibi. Ego veniā et curabo eū. z rñdens centurio z dixit. Dñe nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meū ꝫ tñ dic verbū z sanabit puer meus. Cuius fidē ꝓmendās xps sequentib⁹ se dixit Non inveni tantam fidem in israel. z iō centurioni dixit. Vade et sicut credidisti fiat tibi. et sanatus est puer eius ex illa hora. vt patet Matth. viij. ¶ Tertio ad debitam orōnem req̄rit q fiat cū firma spe impetrandi q̄ petimus. nam vt dicit Isi. in de sum. bo. lib. iij. ca. vij. Inaniter oramus si spei fiduciam nō habemus. petat ergo vnusq̄q; vt apls ait. In fide nihil hesitans. hec ille. nam vt dicit crisost. omel. xiij. ode. imp. Patrem magis ꝫ dñm voluit deus se dici vt nobis fiduciaz daret ad petendū. z spem largā ad imprtrandū. Item Luc. xj. dicit xps. petite z dabitur vobis. querite et invenietis. pulsate et aperietur vobis. Super quo augu. non tantū inquit hortatek deus vt peteremus nisi dare vellet. erubescat ergo humana pigricia. plꝰ vult ille miserere ꝫ nos a miseria liberari. Item christus Luc. xj. dat nobis fiduciam magnā orationi iugiter instare. ꝓmittēs q orationi perseveranter debite instantes. tandē ꝑ culdubio exaudient q̄ ibidem oñdit per parabilā di. Quis vīm habet amicū z ibit ad illuz media nocte z dicet illi. amice accōmoda mihi tres panes qz amicus meus venit ad me de via z non habeo q̄d ponam ante illum. Et ille deintus rñdens dicat. noli mihi molestus esse iam ostium meū clausum est et pueri mei mecum sunt in cubiculo non possum surgere z dare tibi. z ille si ꝑseveraverit pulsans. dico vobis z si nō dabit illi surgēs eo q amicus eius sit ꝓpter improbitatē tamen eius surget z dabit illi

quotquot habet necessarios. Spualiter fm Aug⁹. Bedā z odonem z alios doctores. Amicus noster ad quē in nocte nostre necessitatis currere debem⁹ dñs noster Ieſus xps est. cuius amici efficimur. cū eius volūtati z ꝓceptis humiliter obedim⁹ dicēte ipso Joh. xv. Vos amici mei estis si feceritis q̄ precipio vobis. Amicus aūt ille q̄ de via venit ad nos est amicas nr̄. q̄ totiēs a nobis recedit. quotiens sue nostreq̄ salutis oblitus ad terrena cōcupiscēda exit. tunc vero de via iniq̄tatis ad nos venit qñ de strepitu terrenarū cupiditatū ad meditandū de sua nostraq̄ salute redit. Redit autē famelicus q̄ in terrenis cupiditatibus nulla saturitas inuenitur. Vnde Eccs. v. Auarus nūq̄ replebit pecunia cibus em̄ anie gr̄a dei est diuina eloquia et deuote oīones. vñ Aug⁹. in epl'a ad Julianū comitē. sicut em̄ ex carnalib⁹ escis nutrit caro. ita ex diuinis eloquijs z oīonib⁹ interior hō nutrit z pascit. vñ in cōfirmationē huius dicit xps Matth. iiij. Nō in solo pane viuit hō. sed in oī vbo q̄ ꝓcedit de ore dei sed hunc cibum spualem ad refocillandū amicum nostrū. s. animū nostrū nō habem⁹ a nobismetipis Jdeo de media nocte peccati z ignorātie q̄cito surgendū est ad amicū nostrū. s. Ieſum xpm festināter postulando ab eo vt aperiet nobis ostiū. i. intellectum scripture z prestet nobis tres panes. s. fidem spem z charitatem. q̄bus animi nr̄i esuries valeat saciari. sed iam ostiū intellect⁹. i. scripture clausum est z hoc p negligentiā sacerdotū. q̄ vt dicit Chrisost. omel. xlj. ope. imp. clauicularij sunt ad q̄s ptinet p verā predicationē aperire ppl'o ostiū intellect⁹ scripture sacre iuxta illud Malach. ij. Labia sacerdotū custodiunt scientiā z legē requirant ex ore eius q̄ angelus dñi exercituū est. sed iam pueri cū xpo sunt in cubili. i. sancti apl'i martyres augu. Hiero. Grego. Ambro. z ceteri fideles doctores q̄ olim fideliter p̄dicauerūt verbū dei xpter eor doctrinā et sanctā q̄uersationē sunt cū xpo in requie sempiterna. z iam vltra nō vult xps surgere in xpna p̄sona vt olim in carne mortali z satiare desideriū populi sua p̄ntia corporali et doctrina sicut olim satiauit desideriū apl'orū. sed iam ordinauit suos vicarios id est sacerdotes ad aperiendū ppl'o intellectum sacre scripture ad pascendū eos dulcedine verbi dei. q̄ nisi fecerint damnabunt pro ignorātia ppl'or. vñ Jsiō. in de sum. oo. ll. iij. ca. xlvj. Sacerdotes inquit pro populor iniquitate damnabuntur si eos ignorantes non erudiūt. aut peccātes nō arguunt dicente dño per xpheā. Speculatorem te dedi domui Israel si nō fueris locutus vt se custodiat impius a vita sua impia. ille in iniquitate sua morietur sanguinē eius de manu tua requiram. Sed nūq̄d ignorās populus excusabilis erit de sua iniquitate. Ad hoc rndit Crisost. omel. xlj. ope. imp. dicens q̄ non pōt esse dānationis excusatio. veritatis ignorātia. q̄bus esset inuenīdi facultas si fuisset querēdi opportunitas. nā vt dicit doctor de lyra. sup. xliij. ca. Act. apostō. q̄ si aliqs paganus cōuerteret se ad deprecandū deum orando diligēter z pseueranter vt dirigat eum ad salutē z a peccatis inq̄tum sufficit caueat deus reuelabit sibi de fide catholica q̄tū necessariū est ad salutē. vel mittet sibi p̄dicatorem fidelem ad ipsum informandū. Exemplū hui⁹ habemus Act. xliij. de cornelio qui deum timuit. iniquitatem fm scire suum euitauit. multas elemosynas fecit z deū semp deprecabat vt veram fidē sibi ostenderet. z tādem sicut erat in oīonibus suis deus misit ad eum angelū suum qui sibi dixit. cornelii oīones tue z elemosyne ascenderūt in memoriā in conspectu domini. z dixit vt mitteret nūcios ad petrū vt veniret ad eū. z de fide recta sufficiēter informaret q̄ō z factum est. Sic certe si populus ad huc cecus z ignorans abstineret se ab iniquitate. z elemosynam daret perseueranter ieiunijs z oratio nibus insisteret. non dubium quin deus daret eis misericorditer quicquid est necessariū ad salutem corporis z anime in tempore oportuno. vñ in confirmationē huius dicit christus Luce. xj. Ego dico vobis petite z accipietis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur vobis. Sup quo actor. in istis inquit vbis ostēdit nobis saluator quō postulandū sit ad hoc q̄ mereamur audire. nō em̄ si sola voce. sed z hoc corde p̄eamur audire meremur. dicēte christo Matth. vij. Nō omnis q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celor. sed q̄ facit voluntatez patris mei q̄ in celis est ipse intrabit in regnū celorum si igit voluerimus in nostris oīonibus a deo audiri z finaliter in regnū celorū intrare petamus corde deuoto orādo. q̄ramus instāter pseuerando. z pulsemus bene operando. z nō dubitemus tunc aperiet nobis. s. sufficiēs intellectus veritatis. z tādem ianua regni celestis. veruntū non obstante q̄ xps p̄dicto mō ad salutē ꝓmissis nos inuitat. z salutē petere impat. z nihil petere p̄cipit nisi q̄ dare cupit. Tamen ad petendū z impetrandū salutē nimis sum⁹ negligētes. sed si ingruat aliq̄ necessitas corporalis vel periculosum solliciti sumus. dormire nō possumus. sed media nocte si oportuerit surgentes festināter discurrimus. amicos z vicinos fatigamus. fletibus. p̄cib⁹ z ꝓmissis pulsare nō cessamus donec q̄ nobis deerat accipiam⁹. cū vero ingruat nobis assidue maxima oīum necessitatū eur ratio. vicz mortis eterne. ad hanc tamē euitādā negligentes sumus. dormimus in peccatis z non surgimus p verā pniaz deū fletibus z p̄cibus z emendationis ꝓposito z ꝓmisso nō pulsamus. q̄ten⁹ dimissis peccatis nr̄is morte eternā euitare valeam⁹ nō obstāte veritatis certissima ꝓmotione dicētis. Dis qui petit. s. mō p̄dicto accipit. z q̄ querit inuenit. z pulsanti aperiet. Et ad dandā nobis maiorez confidentiā ad obtinendū q̄ō debite petim⁹ in oīone addit xps aliud valde notabile exemplū ibidez dicēs. Quis ex vobis hūs patrē petit panē. nūq̄d lapidē dabit illi. aut piscem. nunq̄d p piscē porriget serpentē. aut si petierit ouum nunq̄d porriget ei scorpionē. si igitur vos cū sitis mali nostis bona dare filijs vr̄is quātomagis pater vester celestis de celo dabit spm̄ bonū petēt⁹ se. Spualiter p panē significat charitas qua ania reficit. q̄ sicut sine pane mensa q̄si vacua apparet. ita sine charitate alie vtutes q̄si p nihilo habent. Hū patet per apl'm. j. Chor. xiij. Sed ecōtra per lapidē intelligeret odium quo cor hominis in malicia indurat. Per piscem qui in absconditis aquarū viuit fides que de

abscondit̃is ⁊ inuisibilibus est exprimit.⁊ sicut pisces in aqua.ita fides in aqua baptismatis p̃secratur.ꝫ ecõtra p serpentẽ venenũ infidelitatis vel hereſis significat. Per oleum ẽ spes intelligit.quia sicut in oleo est spes fet⁹ ꝫ nõdũ videt sic ꝓput oĩ.j. Job.iij. Filij dei sumus sed nondũ apparuit nob quid erimus. scimus qm̃ cũ apparuerit similes ei erimus qñ videbimus eũ sicuti est sicut et ille sanctus est. Et sicut fetus in oleo fouet ita fideles fouent in spe.⁊ sicut fetus nascit testa frangit.ita qñ in celo nascemur spes euacuabit.dicente apl̃o.Cũ venerit qđ pfectũ est euacuabit qđ ex parte est. Sz ecõtra per scorpionẽ q̃ cauda pungit.i. in fine corꝓris pcutit.finalis impenitẽtia.i.desperatio denotatur. Si ꝙs igitur a patre celesti qui summe misericors est. summe benignus. summeꝙ suos diligit filios si postulauerit fidẽ.spem ⁊ charitatẽ. nunqđ dabit ei vitia ꝓdictis ⁊tutibus ꝓtraria.i. infidelitatem.desperationẽ ⁊ mentis duriciã.q.d.sciatis firmiter q̃ nõ sed potius si aliqꝫ ꝓdestinatus p̃ ignorantiã ab eo sibi noxia postularet. ipse q̃ nouit melius quid nobis expediat eum nõ audiret.vñ paulus qñ cũ temptatione carnis vexatus esset roganit amotionẽ stimuli carnis sue. sed q̃ deus sciuit maximũ meritũ temptationis resistentiã existere. ideo eũ nõ audiuit.ꝫ dixit sibi.sufficit tibi gr̃a mea vñ Aug.in de sermonib⁹ sermone.liij. Mõ inquit audiuit dñs paulũ ad voluntatẽ. ꝫ exaudiuit eum ad salutẽ.nõ est magnũ exaudiri a deo ad voluntatem.nã ad voluntatẽ exauditi sunt demones et in porcos quos petierãt ire ꝑmissi sunt. ad voluntatẽ etiã ꝓnceps eoꝝ sathanas est exauditus a q̃ petit⁹ est iob temptandus.Noli igit habere.p magno exaudiri ad voluntatẽ.q̃ qñ deus iratus dat qđ petis ꝑicius negat qđ petis.hec ille.Itẽ sicut legit Nume.xj. Populus israheliticus petijt carnes in deserto.⁊ dñs iratus cõcessit eis. Itẽ nõ placuit ẽo q̃ filij israhel petierunt sup se regem.⁊ tñ deus dixit. Samuel audi voces eoꝝ.j.Reg.viij. Ex quibus liquet q̃ non semp exauditio oĩonis est iudiciũ diuine dilectionis. ¶ Quarto ad hoc q̃ oĩo sit efficax requirit q̃ fiat cũ charitatis feruore. vñ Aug.in sermone de charitate.Sicut inq̃t radix oĩum bonoꝝ est charitas. ⁊ lõ sicut germẽ arescit sine radice. sic oĩo marcida est ⁊ inutilis sine charitate. Hec ille. Item idẽ in suo encheridion. Fides inquit credit. spes ⁊ charitas orant. sed sine fide spes et charitas esse nõ possunt. ac ꝑ spem ⁊ charitatẽ fides orat.et qđ desiderat obtinet. ¶ Quinto ad hoc q̃ oĩo sit efficax ⁊ ⁊tuosa requirit q̃ fiat cũ elemosyna ⁊ ieiunio. Nam spũs hec tria simul sc̃z oĩonẽ.ieiuniũ et elemosynã ꝓiungit dicẽs. Bona est oĩo cũ ieiunio et elemosyna cũ iustitia Thob.xij.Et lõ vt legitur Matb.ij. Magi cum thure in q̃ significat oĩonis devotio offerunt aurũ in q̃ elemosyna. ⁊ myrrhaz in q̃ significat maceratio corꝓis q̃ per ieiuniũ efficit.Qui em̃ ieiunio corꝓus suũ macerat dũ miseriam assumit dei miam ꝓuocat.⁊ sic oĩonem iuuat. Vñ esdras. Ieiunauimus inq̃t ⁊ rogauimus dominũ ꝓ recto itinere ⁊ securo.⁊ euenit nobis ꝓspere.j.Esdre.viij. Itẽ daniel Danielis.ix. Posui inquit faciem meã ad dñm deum meũ rogare ⁊ deprecari in ieiunio sacco ⁊ cinere.Qui vero elemosynã dat dum misericors ꝓximo existit. deũ sibi misericordem inuenit.Unde dicit Matth.v.Beati misericordes qm̃ ipsi misericordiã cõsequent. vñ ysaie. lviij. Frange esurienti panẽ tuũ.⁊ egenos vagosqꝫ induc in domũ tuã.cũ videris nudũ operi eum.et sequit.Tũc inuocabis ⁊ dñs exaudiet. clamabis ⁊ dicet.Ecce assum.q̃ misericors sum dñs deus tuus.q̃ em̃ vult aliquid ab aliquo magno impetrare ꝑmittit munera vt facilius qđ voluerit impetret. vnde Genes.xxxij. Jacob volẽs gr̃am ⁊ benivolẽtiam fratris sui esau impetrare ꝑmisit munera dicẽs. Placabo illũ muneribꝰ q̃ pcedũt.⁊ postea videbo illũ ⁊ forsitan ꝓpiciabit mihi. Dicit em̃ Crisomel.xv.sup illud Matth.vj. Cũ aũt ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Qm̃ oĩm malorum ꝓma ⁊ fortiora sunt tria.sc̃z gula.auaricia.⁊ vana gl̃ia.aduersus q̃ dñs temptatõnis susciptẽs bella pugnauit ꝑ nobis cõtra gulã in heremo. ꝓtra auariciã sup montẽ.⁊ ꝫ vanã gloriã sup pinnaculũ tẽpli.Itẽ oĩm bonoꝝ fortiora sunt tria.s.oĩo.elemosyna ⁊ ieiuniũ.Elemosyna cõtra auariciã.ieiunium cõtra gulã.⁊ oĩo contra vanam gloriam. Nullũ remedium potest esse contra vanã gl̃iam nisi oĩo sola.⁊ hec ipsa aliqñ vanitatẽ generat nisi caute ꝑspexeris. scriptũ est in lege. Non intres in conspectu domini dei tui vacuus.vacuus aũt intrat ante deum qui veniens ad oĩonẽ nullam elemosynam facit.non solum in veteri testamento. sed etiam in nouo ꝓcipit.vt ꝑ singulas septimanas vnusq̃sqꝫ christianus aliq̃d in gazophilaciũ mittat ad oĩonem vẽturus.sicut ait apl̃s.vnusquisqꝫ vestruz per singula sabbata qđ sibi placuerit apud se ponat.vt nõ cum veneno tũc collecta fiant. Itẽ añ oĩonez ꝑparat aiam suam qui faciens elemosynã venit ad oĩonẽ.sicut em̃ oleum accendit lumen lucerne. ita bona opera excitãt fidem cordis ⁊ dant confidẽtiam apud deũ orandi.ergo elemosyna est ꝓparatio oĩonis. Vñ cornelius vir religiosus ⁊ timẽs deum cũ omni domo sua faciẽs elemosynas multas plebi ⁊ deprecans semp ⁊ ꝑ hoc disposuit se ad fidẽ vt ꝓz Act.xiij. vñ subdit ibidem. Oĩones tue ⁊ elemosyne ascenderũt in memoriam in ꝓspectu dei. Itẽ ieiuniũ adiutoriuz est oĩonis q̃ oĩo sine ieiunio gracilis est ⁊ infirma. Nã oĩo illa est fortis q̃ fit in spũ humili ⁊ tribulato corde. sicut dicit ꝓphet. Sacrificiũ deo spũs ꝓtri.⁊c̃.spm̃ aũt humilẽ ⁊ cõtribulatũ cor habere nõ potest q̃ manducat ⁊ bibit ⁊ delicijs fruit. q̃ panis cor hois confirmat.vinũ aũt letificat.Spm̃ ergo carnis nõ permittit esse humilẽ ⁊tus que fit ex pane. ⁊ cor cõtritum nõ permittit esse locũditas que venit ex vino. Ideo quãdocũqꝫ sancti ꝑ aliqua necessitate voluerint exorare deũ.ieiunium cũ oratione iunxerunt sicut daniel ⁊ ceteri.vnde quia virtus oĩonis est ieiunium.ideo nunqꝫ separant̃ abinuicem.sed vbi simul ponunt.vnde Thobie.xij. Bona est oĩo cum ieiunio. Item Matth.xvij. Hoc genus demonio rum non ejicitur nisi per orationem et ieiuniũ. vñ sicut nec miles sine armis est aliq̃d. nec arma sine milite.sic nec oratio sine ieiunio.nec ieiunium sine oĩone.Sed ex predictis trib⁹ bonis. ꝓma est oĩo

qz elemosyna de rebus exit. ieiunius de corpe. oro vo nec de rebus nec de corpe. ꝫ de aia ꝓcedit z de corpe. Et ideo oro qsi dignior elemosyna z ieiunio ponit media inter illas. qre prima est elemosyna. scda oro. tercia ieiunii. hec Crisi. ¶ Vnde repington sup euangelia omel. xxv. Dño inquit nuncius est que hō mittit ad deū. vt ab eo petat succursum. Iste nūcius duas deberet habere pdisseqs. qd bene figuratū est Hester. v. z. xv. vbi legit q hester regina ingrediēs in atriū regis ad impetrādū gram ꝑ ppm suo habuit secū duas puellas. quax vni innitebat z alia ad longitudinē vestium in humū defluentē collegit z supportauit. Spualiter hester interpretatur abscondita siue eleuata. z significat oronē deuotā q abscondi debet in secreto thalamo cordis. iuxta illud Matth. vj. Tu aūt cū oraueris intra in cubiculū tuū. z clauso ostio ora patrem tuū. z pater tuꝰ q videt te in abscondito reddet tibi. Debet etiā oro esse eleuata cum magna deuotione ad deū. qz vt dicit Aug. sicut vox hois sine modulatione est qsi vox porcox. sic oro sine deuotione est q si mugitus boum. De talibus loquit xps Matth. xv. dicēs. ppls hic labijs me honorat cor autē eox lōge est a me. Due autē puelle cū qbus regina venit significant oronē z ieiunii. cū qbus oro nra debet venire ad regē celoꝝ. puella cui oro innitit est elemosyna q oronē ad deū introducit. vñ Ecci. xxix. Cōclude elemosynā in sinu pauperis z ipa orabit ꝑ te. Itē Thobie. xij. dr q elemosyna facit vitā inuenire eternaz. Puella vo q longitudinē vestiū supportauit est ieiunii. qd affectus canales restringit. z vestes virtutū custodit z subleuat ne i voluptabro vicioꝝ deturpent. de qbus dicit Apoca. xvj. Beatꝰ vir q custodit vestimēta sua ne nudus ambulet. Et sicut hester intrās cū duabus puellis predictis impetrauit gram a rege de saluatione ppli sui. sic oro deuota cū predictis spualibus puellis. s. ieiunio et elemosyna impetrabit vere penitētibus misericordiā z veniā de peccatis. z ideo merito dicit apls ad Hebre. iiij. Adeamus cuz fiducia ad thronū gratie eius vt misericordiam ꝓsequmur. z gratiaz inueniamus z auxilium rē. ¶ Sexto ad hoc q oro sit efficax requirit q mens ab omni iniquitate ieiunet. nā sicut dicit pius Papa z ponit in ca. dist. v. nihil em. Nihil em inquit ꝑdest homini ieiunare orare et alia religionis agere bona nisi mēs ab iniqtate z ab obtrectatiōis verbis lingua cohibeat. de quo ieunio dicit dominus ꝑ ꝓphetā Isa. lviij. Nōne hoc est ieiunū quod elegi dissoluere colligationes impietatis. qz sicut sm phm oīs virtutes sunt cōnexe. ita certe oia vicia sunt connexa. intantū q qui reus est in vno dispositus est ad omia alia. ¶ Sed pro isto est notandū q omne pctm veniale vel mortale aut est pctm cordis. oris aut operis. q nisi dissoluantur semper per vnum aliud sequit. de ieunio vero ab isto triplici genere peccati. pōt intelligi illō zacha. viij. Ieunii quarti z quinti z ieunii septimi z ieunii decimi erit domui iuda in gaudiū z letitiā z in solēnitates preclaras. Ieunium quarti. s. mensis est ieunium cordis. s. abstinētia a quattuor malis interioribus. s. a malis cogitationibus amoroſa in eisdez expectatione a delectatione z a ꝓsensu.

Ieunii quinti. s. mēsis est ieunii oris a quintuplici mō peruerse locutionis. s. a verbis pomposis scādalosis mendosis iuramētosis z ab oibus ceteris verbis ociosis. Ieunii septimi scz mēsis est abstinētia a septē peccatis mortalibus ope non complendis. Ieunii decimi. s. mensis est abstinētia a transgressione decē mandatoꝝ dei. z istud ieunii erit domui iuda. i. domui ꝓsciētie debite cōfitentis peccata sua. gaudiū scz per fidē. z letitiā. s. p spem. z in solēnitates ꝑclaras. i. letitias eternas. ad quas infallibiliter ꝓducit taliter ieunātes deuota oro p charitatē ꝓfectā. Sed forte hic dicit aliqs. dñe homo peccatox sum. z ideo non ꝑdest mihi orare. qz Job. ix. dr. Scimus qz peccatores deꝰ nō exaudit. Huic rñdet sctus Tho. ij. ij. q. clvj. vbi qrit. Nūqd peccatores orando impetrāt aliquid a deo. z rñdet dicēs. In peccatore duo sunt cōsideranda. s. natura quā deus diligit. z culpa quā deus odit. si g inqt peccator in orando aliquid petit inqtum peccator scz desiderio peccati in hoc a deo nō exaudit. oratione vero a bono nature ꝓcedente deus exaudit. nō quasi ex iusticia. qz hoc peccator non merek. sed ex sola sua misericordia. z tunc ad rationē prealligatam respondet p Aug. dicēs. q illud fuit verbum iudei ceci nati nōdū in fide totaliter informati rē. Sed certe multi insipiētes de suis peccatis multotiens diuinā implorāt misericordiā. sed tñ ipsi tāqm rane in palude in suis voluptatibus ꝑmanent. De qbus barāgarius sup Apoca. ca. ix. tale ponit exēplum. Homo inquit quidā vsqz ad collū defixus in limo firmiter tenebat. Cumqz vidisset hoiez quēdam ꝓtereuntē extendēs manū clamabat dicens. miserere mei z extrahe me ab hoc luto z me a mortis periculo eripe. cumqz veniret. ille manū qua extēderet sub luto dimersit. Cūqz ille q ad ipm extrahendū veneraꝝ recedere vellet ille iterū vt eū extraheret postulauit. z cū ille misciā motus scō manū extenderet. alius vo sicut prius manū retrahēs sub luto dimersit. cumqz hoc crebrius faceret. ille q prius misciā motus fuerat tādē iratus dixit. cur petis vt eruaris cū in tuo periculo optas existere. exquo em interitū tuum diligis fiat tibi qd optas. Ista eodē inqt mō multi insipiētes deū assidue depcant vt a vicijs suis z periculo mortis eterne liberent. et ipsimet tñ voluptates suas ita cōplectunt q deū eos a periculo mortis eterne eruere nō permittit. de qbus cōquerit dñs ꝑ ꝓphām Isa. lxv. dicens. Expādi manꝰ meas tota die ad ppm incredulū q gradit in via nō bona post cogitatōes suas ppls q ad iracundiā me ꝓuocat añ faciē meā semp. ¶ Septimo ad hoc q oro sit efficax requirit q fiat cū magna deuotione z diligenti intentione ad deū. Sed quō orādo deuotōem z intētionē in deo figere debemꝰ oñdam p exēplū de balistario qui vt limpidius videat z metā certius ꝓcuriat vnū oculum claudit. qz vno oculo clauso vtus visiua abūdātius ad aliū recurrit. z ois vtus vnita maior est seipsa dispersa iuxta philosophum. Sic spualiter debet esse ex parte orantis. Sunt autem in nobis duo oculi mentales. s. dexter z sinister. Sinister em visus est prouidentia in temporalibꝰ que non phibet q̄ quis nimia sollicitudo circa temporalia ꝓhibe-

atur. Dexter enim oculus est ꝓtemplatio eternoꝝ Cū igit oꝛoni insistere debemus oculū sinistrū tēporalibus intētum claudere debemus. i. ad tpalia nō respicere sed circa eterna. vt sagittā deuote oꝛonis certius possimus dirigere in deū. vt ipse nobis dicat illud Cantico. iiij. Vulnerasti me in vno oculoꝝ tuoꝝ. i. in oculo ꝓtemplationis tue per deuotā oꝛonē me ad miscōias declinasti. Hec cōsiderans rex ezechias qui volēs deū oꝛare quertit faciē suaꝫ ad parietē ne mens sua aliquo extrinsecus impediret, sed totā intentionē suā et deuotionē cordis sui ꝓperteret ad deū. vt ptz. iij. Reg. xxiij. Itē ille sanctus patriarcha Iacob volens oꝛare deum vt eū custodiret ꝛ defenderet a fratre suo esau, cuius valde timuit persecutionē. retraxit se ab vxoꝛibus suis et a tota familia sua. ꝛ solus nocte in oꝛone remānsit. vt patet Genes. xxxij. Itē xps dimissa turba ascendit in montē solus oꝛare. Math. xiiij. Ex qbus docemur q̄ qñ oꝛare volumus turbationē mundi in quantū sufficimus declinare debemus. Aū taliter oꝛauit apls qui dicit. j. Choꝝ. xiij. Oꝛabo spū. oꝛabo ꝛ mente. i. oꝛabo cū cordis deuotione ꝛ attentioñe. Taliter etiā oꝛauit ꝓpheta qui dicit in ps. Clamaui in toto corde meo exaudi me dñe. Pro q̄ notandū q̄ in corde fructuose oꝛantis essent duo. s. deuotio ꝛ attentio. Illi ergo ad deū cum toto corde clamant q̄ in sua oꝛatione deuotionē ꝛ attentionez habent. sed illi qui habent attentionē ꝛ non deuotionem cū medio corde clamant. Illi vo qui nec habent intentionē nec deuotionez ad ea que in oꝛone dicunt cū nullo corde ad deum clamant de quib⁹ cōquerit dñs Math. ꝛ Mar. vij. di. Populus hic labijs me honoꝛat. coꝛ aūt eoꝝ longe est a me. De taliter em oꝛantibus loquit sanctus Her. in de meditationibus ca. viij. vbi sic. Magna inquit peruersitas immo ꝛ magna insania est qñ cum dño maiestatis loqui in oꝛatione ꝓsumimus. ꝛ insensati mētis aurem auertimus. magna quoq; insania est et graniter vindicanda cum vilissimus puluis loquētem ad se audire dedignat dñm ꝛ creatoꝛē vniuersitatis. Ineffabilis vero est diuine bonitatis dignatio q̄ quottidie conspicit nos infelices aures auertentes. obturantesq; corda. ꝛ nihilominus clamat ad nos dicētes. Redite ꝓuaricatoꝛes ad coꝛ. vacate ꝛ videte qm̄ ego sum deus. loquit mihi in ps. et ego illi. nec tamen cum psalmum dico attendo cuius psalmus sit. Idcirco magnā iniuriam deo facio cū illum ꝓecoꝛ vt ꝓecem meam exaudiat. ꝛ tamen q̄ ꝓecem fundo non audio. deꝓecoꝛ illum vt mihi intendat ego vero nec mihi nec illi intendo. sed qđ deterius est immūda ꝛ inutilia cordeversando fetoꝛē horribilē eius aspectibus ingero. Hec ille. Sed certe taliū oꝛo deo nō placet. sed potiꝰ displicet ꝛ ad iracundiā ꝓuocat. vñ basilius sup illud Lu. xj. Peti. ꝛ da. ꝛc. Est inquit diuinū subsidium implorandū nō remisse. nec ꝓmittendū est mētem huc illucq; vagare. qz talis solum nō impetrabit q̄ petit. sed magis deū irritabit. Mā si aliquis coram ꝓncipe stans fixū habet ꝛ intrinsecū ꝛ extrinsecum oculū ne forsitan puniat. ꝙtomagis coꝛā deo attētum ꝛ tremebundū oꝛtet assistere. si vo debilitatus a pcō fixus nequis oꝛare ꝙtūcunq; tū potes teipm cohibeas vt stando coꝛā deo ad deū dirigas intellectū vt deus ignoscat tibi. eo q̄ nō ex negligētia sed ex fragilitate nō potes vt oꝛtet existere coram illo. hec ille. vñ ꝛ Her. in de medi. ca. viij. Cuz inquit ad oꝛandū siue psallendū in ecclesiaz intraueris fluctuantiū cogitationū tumultū exterius relinque curāq; exterioꝝ oim penitus obliuiscere. vt soli deo possis vacare. fieri em nō pōt vt cū deo alī qñ loquaꝛ q̄ etiā cū toto mūdo ꝓtinue fabulaꝛ. Intende ergo illi q̄ intēdit tibi. audi illū loquentē tibi vt exaudiat ipe te loquentē sibi. Ita em fiet si diuinis laudibus soluēdis debita reuerētia ꝛ sōlicitudine assistas. si singula vba diuine scripture diligēter attēdas. hec ille. vñ Isiō. in de sum. bo. li. iij. ca. vij. Mens inquit nra celestis est. ꝛ tūc oꝛando deū bene ꝓcēdaꝛ qñ nullis terrenis aut erroꝛib⁹ impediꝛ. apta em est ad bonū in sua natura in aliena vo turbaꝛ. pura est oꝛo quā in suo tpe scī nō inuenīt cure. lōge aūt a deo est animus q̄ in oꝛonibus cogitationib⁹ seculi fuerit occupatus. Tūc ḡ veraciter oꝛamus qñ aliunde nō cogitam⁹. sed valde pauci sunt q̄ tales oꝛones habeāt ꝛ licet in quibusdā sint difficile. tamē est vt semp fiant mens q̄ añ oratione vacans a deo illicitis cogitationib⁹ occupaꝛ. dū in oꝛationē venerit cōfestim ille imagines rerū quas nup cogitauit occurrūt. aditūq; ꝑcibus obstruunt ne se mens libera ad celeste deside. tum erigat. purgandus est itaq; ꝓimū animus. atq; a tpalū rerū cogitationib⁹ segregādus vt pura acies cordis ad deū vere ꝛ simpliciter dirigaꝛ. nā reuera tūc impetranda diuina munera credim⁹ qñ simplici affectu assistimus cū oꝛamus. multis em modis interrūpitur oꝛonis intētio. dū se ꝓ incuriā vana mūdi ingerūt. in cui⁹ oꝛātis aio tūc aut magis dyabolus cogitatiōes curarū sc̄arū humanis mētib⁹ ingerit qñ oꝛātē aspexerit. Et iō merito ☗ltron sup epīas dñicales ser. iij. ꝓuenīter inqt. cū apls hoꝛtaꝛ eos ad oꝛandū ꝓmisit dicēs. nihil sollicīti sitis. nam nihil plus impedit oꝛantē q̄ sollicitudo mūdana. si em nullus ita liber est a curis sc̄aribus quin in oꝛone qñq; insult⁹ demonioꝝ ꝛ fantasmata cogitationuz vanarū sentiat. Quid putas ꝓtingit de illis quoꝝ tota mens ꝛ desideriū vsaꝫ in sollicitudine tpalū. hi nimirum si qñq; oꝛare ceperint statim reuoluit mēs ad ꝓsueta. qm̄ vbi est thesaur⁹ ibi est ꝛ coꝛ tuū. iō purgādus est ꝓus anim⁹ ab amoꝛe ꝛ sollicitudine tpalū ꝛ in deo tot⁹ figendus vt libere posset ad oꝛandū deū vacare. vñ Ecci. xvj. Aū oꝛones ꝓpara deo aiaz tuā. ꝛ etsi qñq; nos oꝛoni incūbentes pulsauerūt suggestiones demonū ꝛ nebule vanarū cogitationū. Cauēdū tū sumope est ne immoꝛent ne forte iuxta sniaz sapi. Ecci. xiij. muste moꝛētes. i. immūde cogitatōes ꝓdāt suauitatē. i. oꝛonis deuotionē ꝛ statim in nosmetipos indignātes vanas cogitatōes ꝙtotius a nob repellam⁹ ꝛ ad ipm redeamus. Scriptū est em Gene. xv. Descendebant volucres celi sup sacrificia a abigebat eos abraaz. qđ em per sacrificia nisi oꝛones. ꝛ quid ꝑ volucres nisi vane cogitationes designant. ꝛ deuotus oꝛatoꝛ cum vane cogitationes sup oꝛones suas descēdūt exēplo abrae eas ꝓtinus expellat. hec ille.

Vnde super Psal. cxviij. Clamaui in toto corde

meo exaudi me dñe. Aug. clamor ē inquit ad dñm q̄ fit ab orantibus si sonitu vocis corpalis fiat non intento in deū corde quis dubitat inaniter fieri. Si aūt fiat corde etiā silente voce cordis aliq̄s aliquē hominē potest latere sed non deū. est autē clamor cordis magna cogitationis intentio. que cū est in oratione magnū exprimit desiderantis et petentis affectū vt non disperdet effectū. Tunc porro in toto corde clamamus qñ aliunde non cogitat. tales oōnes rare sunt multis crebre aut paucis tales cō memorat suā oōnē. qui cātat hunc ps. dicēs. Clamauī in toto corde meo tc. Item ps. liij. dicit. Voce mea ad dñm clamaui. Sup quo augusti. voce mea inquit ad dñm clamaui. i. non cū corporeavoce que cū strepitu verberati aeris promit. sed voce cordis que hominibus silet. deo aūt sicut clamor sonat. Sic susanna clamauit ad deum Dani. xiij. De hac voce dominus ꝓcipit Math. viij. vt in cubilibus. i. in secreto cordis orēt. nec min⁹ hac voce oratur si nullus verbor⁹ sonitus reddat ex corpore. q̄ si silentes tm̄ in cordibus oramus. si aliene ab orā tis affectu cogitationes incurrunt. non dici potest. voce mea ad dñm clamaui. nec hoc recte dicit nisi cū sola anima. nihil carnis nihilq̄ seculariū intentionū in oratione attrahens loquit domino. vbi solus ille audit. talis modus orandi clamor dicit ꝓpter vim ipsius intentionis. Hec ille. Et certe talis clamor satis aperte tc distincte in aures dei sonat. sicut patet Exod. xiij. ex hoc q̄ dñs dixit moysi nihil loquenti ꝛ in corde oranti. quid clamas ad me. Et huic sentētie alludens Ysi. in de sum. bo. libro. iij. ca. vij. Oratio inquit cordis est non labiorum. nec em̄ verba deprecātis deus intēdit. sed cor orātis aspicit. q̄ si tacite cor oret tc vox sileat q̄uis hominibus lateat deo. latere non potest q̄ sclētie ꝑsens est. melius est aūt cum silentio orare corde sine vocis sono. q̄ solis verbis sine intuitu mentis. Hec ille. Vnde maria magdalena q̄ peccator⁹ suorum a domino obtinuit veniam. nihil legit sonitu orasse verbor⁹ sed amarissime ꝓ suis peccatis fleuisse vt patet Luce. vij. per quod ostendit efficacia mētalis desiderij sine oōne vocali. nam tc licet aliq̄n oratio vocalis mentalē dilectionē exprimat tm̄ mētalis deuotio sine lōgo sermone vocis bene deo placet. Vnde Crisō. omel. xliij. ope. imper. Sacerdotes inquit baal ad deos suos clamabāt ꝓpter sacrificia cōburenda. et deridens eos helyas dicebat. clamate fortiter. forsitan em̄ dij vri dormiunt. sic tc mō quasi dormientē deū accusat q̄ oōnē longo sermōe ꝓsequit. scit em̄ pr̄ vr̄ q̄d vobis necessariū sit anteq̄ petatis eū. si ergo ꝓcognoscit q̄d volumus. nō lō oram⁹ vt exponam⁹ deo q̄d volumus. ꝛ vt placamus eū ꝑstare nobis q̄ desideram⁹. tc si de⁹ placādus est tc nō docēdus. nō est necessaria lōga narratio ꝛ bona volūtas. hec ille. Ite atron sup epl̄as dñicales sermo. xxxij. Est aūt inquit oō pi⁹ mētis affectus ad deū q̄ q̄nq̄ pigritanti aio excitat p vocē. oō ꝛ nō est vox. ꝛ potius mētis affectio q̄ scz affectam⁹ aliq̄d obtinere a deo tc hec debet esse pia. qm̄ q̄ ad pietatē pertinēt debemus illū per vocē excitare. vt sonus oris intrās p aures excitet pigriciā mentis. Vnde ꝛ q̄ solo corde est tc non labijs deo est acceptabilis. vnde tc susanna tacens ore dr̄ clamasse ꝓpter mētis intentionē tc a deo audita est hec ille. Octauo ad hoc q̄ oō sit efficax requirit q̄ sit lachrymosa. vñ. j. Regū. j. legit de anna vxore helchane q̄ cū esset amara aīa orauit ad deū flens largiter tc a deo exaudita est vt ptz ibidē. Item. iiij. Reg. xiij. legit q̄ rex ezechias orauit cū lachrimis tc exaudit⁹ est. Dñs et subdit ibidem. Dixit dñs ad ysaiam. dic ezechie. audiui oōnē tuā tc vidi lachrymas tuas. Ite sara filia raguelis audita ab vna ancilla p̄is sui grādi sibi illata ꝓtumelia ꝓrexit in superius pinnaculū dom⁹ sue tc trib⁹ diebus in oōne ꝑsistēs cū lachrymis deꝑcabat deum vt ab illo imꝓpꝛopio liberaret eā tc exaudita est. vt patz Tho. iij. vj. tc vij. ca. Ite cū audisset necmias miserabiles statū tc dilapidationē ciuitatis hierl̄m fleuit dieb⁹ multis tc ieiunabat tc orabat aū facie dei tc obtinuit fm suū desiderū ciuitatis recōciliatonē tc voluntariā repationē. vt pz Neemie. j. tc ij. Ite iudith cum lachrymis orauit deū vt illud qō cogitauerat ꝓ salute ꝓpli sui dignaret ꝑficere tc exaudita est. vt patz Judith. xiij. Ite cū audisset mardocheus iniquaz assueri regis sententiā ꝓtra iudeos datā. scidit vestimēta sua tc indutus est sacco. spergēsq̄ cinerē capiti suo. tc cū eiulatu clamās ad deū tc orans tc animi sui amaritudinē oñdēs. In oibus quoq̄ ꝓuincijs ad q̄s crudelis regis sentētia ꝓuenit planctus ingens erat apud iudeos. ieiunijū vlulatus et fletus tc de⁹ exaudiuit voces eor⁹ tc eos ab iniqua mortis sentētia liberauit. tc eor⁹ inimicū amon q̄ causa prohditionis eor⁹ erat meruerūt in patibulo habere suspēsum sicuti patet Hester. iij. ca. tc in ꝓcessu seqnti. Ite flebant parētes tc amici susanne cū viderent ꝑsbyteros aduersus se falsuz testimoniū ꝓtulisse ipsa etiā flens suspexit ad celū. erat em̄ cor ei⁹ fiduciā habēs in dño. tc dñs eius oōnē audiuit tc eā ab iniusta mortis sententia liberauit. tc ei⁹ falsos accusatores talionis pena puniuit. vt patz Daniel. xiij. Ex q̄bus patet q̄ magnā ⁊ vtutē conferūt lachryme oōni. Sed vt dicit be. Bern. sicut terra sicca tc arida sine pluuia est infructuosa. sic tc oō si non sit lachrymosa. Sed forte hic mihi dicis. dñe cor meum est velut lapis durū. tc tanq̄ fons sine aqua totaliter exiccatū. tc lō lachryme de eo nequeūt emanare Sed tibi sic dicēti rñdeo. certe in hoc q̄ dicis q̄ de corde tuo nō possunt lachryme emanare nō est credulitas tibi exhibēda. ꝛ verius tibi dici pōt q̄ non obstante q̄ magna siccitas est in terra cordis tui tm̄ tu negligēter agis nō ꝓsiderās q̄liter Moyses oōne deuota aq̄s largissime de petra eduxit durissima. scz de silice vt ptz Num. xxiij. tc lō noli ita dicere. ꝛ si cor tuum durum tc aridū efficiat hauri tibi aquā de fontib⁹ saluatoris. s. deuota oōne implorando. vt ipse aquā gr̄e ex sua mīsericordia largiat. tc fontis tui cordis venas aperiat vt ex eo vnda lachrymarū valeat fructuose effluere. q̄ et si q̄nq̄ differat. tm̄ nō semp auferet a te suā misericordiā. ꝛ ni si defectus fuerit in teipso tibi lachrymarū gratiaz ꝓferet infallibiliter desideratas. In cui⁹ rei figura legit Josue. xv. q̄ axa filia caleph sedēs super asinam ad spōsum suū pergens. suspirās patri suo dixit. Da mihi benedictionē pater. australem et ari-

oculorum. Unde sicut dicit Sene. Quietissime viuerent homines si hec duo verba tollerent. scz meum z tuum de mūdo. De isto enim pacis cōsilio dicitur Matb. xix. cap. Si vis perfectus eē vade z vende omnia que habes z da pauperib⁹. z habebis thesaurum in celo. z veni z seqre me. scz in voluntaria paupertate. Unde z dom⁹ noster iesus christus pauper erat i natiuitate. z pauper in vita. z pauper in morte. ¶ De paupertate xpi in eius natiuitate loquitur Crisostom⁹. omel. ij. ope. imper. loquens de tribus regibus q̄ magni itineris laborem ad querendum xp̄m in eius natiuitate susceperunt. Quid inquit glorio sum videntes in puero gauisi sunt reges querētes tanti itineris susceperūt laborem. Nunq̄d viderunt pallatiū marmoreum splendidū. nūquid matrem eius diademate ornatam aut in lecto aureo recūbentem. nūquid puerū auro vel purpura inuolutum. nunquid regiam curiam diuersis populis personātem. non. Sed quid. pandochiū tenebrosum z sordidū magis animalibus q̄ hominibus aptum. in quo nemo erat contemptus quiescere nisi itineris necessitate coactus. matrē eius vix tunicam vnam habentem non ad ornamentum corporis sed ad regimentum nuditatis ꝓficientem z qualem habere poterat carpentarij vxor paupercula z hoc in peregrinatione constituta. puerum pannis sordidis inuolutū. z in sordidiori presepio equorum positum quia locus ille sic erat angustus vt nec ponendi spaciū infantem inueniret. si ergo regē terrenū querentes venissent. magis confundendi fuerant q̄ gentili. qz tanti itineris laborez sine causa susceptissent. nūc autem quia regem celestem querebant. z si nihil regale vidissent in eo solitus stelle testimonio cōtenti gaudebant. hec Crisostomus. ¶ Secūdo in vita sua similiter pauper fuit cū non habuit marina castella. villas nec domū vbi caput suum reclinaret. Unde Bernhar. v. sermone. capitlo. xxx. Omniū inquit bonorum eterna in celis affluentia superabat. sed pauptas non inuenichat in eis porro in terris abundat z supabundat hec spēs. z nesciebat preciū eius. hanc itaq̄ dei filius cōcupiscens descendit vt eam eligat sibi z nobis sua estimatione faciat ꝓciosam. descendit ab inūerabilibus celi diuitijs z veniēs in mūdum. nec istas qualescunq̄ diuitias habere voluit. Sed in tanta paupertate venit vt natus cōtinuo poneret in ꝓsepio. qz non erat ei locus in diuersorio. ¶ Tercio in morte sua etiam erat pauper. vnde nudus ductus erat ad mortem. nudus crucifixus. z quā do erat mortuus non habuit ꝓprium sepulcrum in quo poneret. Istam xpi paupertatem in natiuitate in vita z in morte. restatur euangeliū mat. xviij. dicens. q̄ vulpes foueas habēt z volucres celi nidos vbi reponant pullos suos. filius autē hominis non habet vbi caput suum recliner. q̄si diceret. volucres celi habēt nidum in quo ponūtur cū producūtur. sed filius virginis verus de⁹ z homo nō habuit nidum. id ē cunabule vbi reponeretur. quando erat de virgine natus in mūdum nisi presepe. iumentis magis q̄ hominib⁹ aptuz vulpes habent foueas vbi quiescunt post labores sed filius virginis non habuit sepulcrū ꝓpriū in quo potuit quiescere post laborē passionis sue quam sustinuit pro hominis saluatione. nec in tota vita sua habuit propriam domum in qua reclinaret caput suum. Sed sicut dicit bern. v. sermone. cap. xxx. vere magna abusio est vt diues esse velit vermiculus vilis propter quem de⁹ manifestatis z dominus sabaoth voluit pauper fieri. ditior denicq̄ xpi paupertas cūctis opib⁹ cūctisq̄ thesauris. quid em̄ humilitate dicim⁹. aut q̄d ꝓciosius inuenietur. per quam nimirū regnū celorum emitur z gratia diuina acquiritur. Eis obtinere celum paupertatis vilitatem amplectere z tuū erit. non enim paupertas virtus reputatur sed paupertatis amor amicicia paupex regni celorum amicos constituit. amor vō pauptatis reges denicq̄ regnū celorum paupex est. beatus q̄ post illa non abijt que possessa onerant. amata inquinant amissa cruciant. magna quidem penna est paupertas qua tam cito volatur in regnū celorum. Nam paupertas non tm̄ promittit sed etiam datur regnū celorum. sed videmus aliquos pauperes qui si haberent veram paupertatem nō adeo pusillanimes inuenirentur z tristes. sed considerarent se reges futuros esse z reges celi. sed hi sunt qui pauperes esse volūt eo tamen pacto vt nihil eis desit. z sic diligunt paupertatem vt nullā inopiam patientur. homines aūt bone voluntatis sunt qui pauperes esse volūt. xp̄iana volūtate diuitias paupertate commutauerūt. vel etiam nō habitas tanq̄ habitas contempserūt. relinquentes omnia ꝓpter xp̄m sicut z ipse reliquit omnia ꝓpter eos. sequūtur eum quocūq̄ ierit. Felix voluntaria paupertas relinquentiū omnia z seqntium te domine iesu. vere martyrij genus voluntaria paupertas est. nam quid sibi vult q̄ eadem premissio facta est martyribus z pauperib⁹. nisi q̄ vere martyrij genus paupertas volūtaria est. Quid mirabilius aut quod martyriū grauius ē q̄ inter epulas esurire. inter vestes multas z preciosas algere paupertate premi inter diuitias q̄s offert mūdus. quas ostendat diabolus. quas desiderat nr̄ ipe appetitus. an nō merito coronabitur qui sic certauerit. Voluntaria paupertas suos amatores a gemina impugnatione qua hui⁹ mūdi amatores expugnantur. reddit securos. scz a propria inuidia z aliena. Paupertas enim dū putatur misera aliena caret inuidia. z quia ē voluntaria nemini quicq̄ inuider. hec ille. Aliq̄ tamen sunt pauperes sed non volūtarie pauperes. quoniam quando vident diuites a multis honorari ꝓpter suas diuitias. conquerūtur deo q̄ nō dedit illis diuitias sed inopiam z mūdi tribulationem dicentes cum prophera Hieremie. xij. c. quare via impioz prosperatur. bene est omnibus qui prevaricantur z inique agūt. Item dicūt cū Psal. Ecce ipi peccatores z abundantes in seculo obtinuerūt diuitias. quibus xp̄s potest respōdere sicut respondebat Petro quando lauit eius

pedes dicens. Quod ego facio nescis modo scies aūt postea. Johan. xiij. nouit eīm deus q̄ multi q̄ damnabūtur faciūt quedam bona de genere opa. ⁊ multi qui saluabūtur quedam mala faciūt opa. ⁊ fm diuinā iusticiam nullū bonū irremuneratū. nec aliquod malū erit impunitum. Ideo illos q̄ saluabūtur ⁊ faciunt hic mala deus punit ⁊ castigat tanq̄ pater in presenti. aliquando per pauperatem. aliquando per infirmitatem vel alias tribulationes ⁊ illos qui damnabuntur remunerat per mūdanas diuitias. ⁊ prosperitates. Vnde Luce. xvj. dicit diuiti epuloni. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. ⁊ Lazarus similiter mala. q̄ si diceret. quia tu iam damnatus fecisti quedam opera bona in vita tua. ideo recepisti mercedē eorum in mūdo. ita q̄ nūc nullum bonū remanet tibi remunerandum. sed malum puniendum. ⁊ qa Lazarus iam saluandus peccauit aliquando. ideo recepit mala in vita sua. scz penas temporales. ita q̄ nūc in eo nihil remanet malum puniendū sed bonum remunerandum. ideo subditur. hic aūt cōsolatur. tu vo cruciaris. ideo ne damnemur cum impijs p diuitijs terrenis. sequamur xp̄m in via voluntarie paupertatis. Nam vt dicitur Math. v. c. Beati pauperes spiritu quoniam ipox est regnuz celorū vbi paupertas spiritus vocatur paupertas voluntaria cum intentione spūali. Vnde Bernh. in quodam sermone super eodem. Attēde inquit q̄ non simpliciter pauperes nominat xpter plebeos pauperes necessitate miserabili. sed non voluntate laudabili. spero equidem. pfuturam eis apud diuine bonitatis misericordiam bancipam siue afflictionis miseriam. scio tamen in hoc loco dominū non fuisse de huiusmodi locutum. sed de his q̄ possunt dicere cum pphēta. Volūtarie sacrificabo tibi. Vnde Lincolien. in quodā sermone de paupertate. ¶ Pauperes inquit dicūtur trib⁹ modis. Nam quidaz sunt pauperes qui temporalia nō habent. ⁊ tamen ea ardenti cupiūt desiderio. et hij sunt pauperes rebus ⁊ non tamē spiritu. Alij sunt pauperes qui habent temporalia. non tamen illicito amore eis adherent ⁊ hij sunt pauperes spiritu ⁊ si non rebus. Tercij sunt qui carent temporalibus ⁊ ea non cupiūt. sed potius ea p amore xp̄i refugiunut vt xp̄m nudum nudi sequant. ⁊ hij sunt pauperes spiritu pariter ⁊ rebus specialiter ore saluatoris beati. Item Lincoñ. in quodam sermone qui sic incipit. Pauper ⁊ inops laudabūt nomen tuum. Hec inquit nomina diues ⁊ pauper dupliciter significāt. Dicitur nāq̄ diues tā ab actu possidendi diuitias q̄ etiam ab habitu ⁊ affectu anime quibus ad diuitias afficit. Similiter et hoc nomē pauper dicitur aliquando a priuatōne actus habēdi quandoq̄ vo ab habitu ⁊ affectu animi ad non habendum diuitias. virtus autem ⁊ vicium circamentis habitus ⁊ affectiones consistunt. actus autem habendi ⁊ non habendi res indifferētes sunt. res autem indifferentes nec virtuti nec vicio opponūtur. quapropter diues dictus ab actu habendi nō opponitur pauperi fm q̄ paup dicit ab habitu vel dispositione animi. Afficitur autez anim⁹ humanus ad has temporales diuitias quadrupliciter. ⁊ tanq̄ fm quatuor gradus ad eas disponitur animus humanus. ¶ Quorū primus gradus collocatur in inferno. Primus nāq̄ gradus est cum animus tāto amore afficitur ad hec temporalia et transitoria q̄ pro ipis acquirendis vel retinendis vult transgredi dei mandata. Cum eīm trāsgressor mandatorum dei transgrediendo mandata dei desiderat illicite aliqua temporalia. manifestum ē q̄ non summe deum diligit. ꝫ magis diligit illud p quo tenendo siue habendo mandata dei transgreditur. qui autem summe deum inuincibiliter nō diligit. non manet in caritate. Omnis autem qui nō est in caritate fm. statum in quo est condemnabilis ē ad penaz gehenne. xpterea tanta amoris affectio ad hec transitoria que pro illis retinendis deum deserit transgrediendo eius mādata ignibus gehenne si in hac vita taliter finiatur est addenda. Et forte res tpales corporee quas hic illicite amat homo. vere corporaliter vrent eum post iudicium vt patet supra parte. iiij. cap. ij. vbi agitur de quinto motiuo conferente ad detestationem auaricie. ¶ Secūdus gradus est quando animus sic afficit ad hec transitoria q̄ sine dolore ea amittere nō potest. proposita tamen electione de transgrediendo vel de amittendo hec transitoria preeligit omnia etiam in infinitum multiplicata. potius amittere q̄ transgrediendo mandatū dei derelinquere. Si enim pro omnibus transitorijs quantūcūq̄ multiplicatis vellet quis transgrediendo mandatū dei dimittere is non habet deum in amoris sui fundamento summa profunditate. Profundi⁹ nāq̄ deo in amore suo collocauit id pro q̄ vellet transgressione mandata dei deserere ⁊ huiusmodi amatoz tēporalium vt dictum est non manet in caritate. qui vo deum habet in amoris sui intimo fundamēto licet afficiatur sic ad trāsitoria q̄ ea nō possit amittere sine tristicia. saluus erit fundamēti. merito sic tamen quasi per ignem. quia vt dictum est grad⁹ iste in igne purgante collocatur sed tamen in celo terminatur. quia post purgationem eterna salus apprehenditur ¶ Tercius vo gradus est cuz animus sic afficitur ad ista trāsitoria q̄ omnia potest sine dolore amittere. ⁊ sine leticia possidere. Iste gradus suam haber collocationem statim in celo quia ignis probans non inerit in eo quid per amorem excoquat vrendo. Et sequitur. Qui itaq̄ hūc gradū ascendit hoc statim recipit premij. q̄ nō potest aliquo accidente aduerso contristari. Is ē nāq̄ de quo ait Salomon Prouer. xij. Non cōtristabit iustum quicquid ei acciderit. Quecūq̄ nāq̄ accidat sic affecto aduersitas. ideo eum contristastare non potest. quia nil ei eripit de hijs que appetūtur. Tristicia aūt omnis ⁊ dolor ē sensus absentie alicuius appetiti. propterea qui nil appetit qō ei inuite possit surripi. non est vnde valeat contristari. Accidit quoq̄ ⁊ hoc ad cumulū laudis eius qui hūc gradum tercīū conscenderit. q̄ ipse potest hijs rebus transitorijs bene et recte vti. nec potest aliquis anteq̄ conscenderit hūc gradū in hijs trāsitorijs administrandis vsq̄quaq̄ rectū complere vsum. quapropter priusq̄ conscenderit quis hunc gradum horum temporalium administrationem

suscipere. ꝛ eorūdem possessorem fieri nō est secu-rum. Qui igitur hunc gradum conscenderit. non solum habēt facilem ꝛ expeditum euolatum ad ce lestia. Sed insuper nulla possunt in hac vita mo-lestari aduersitatis tristicia. soliq; illi possunt bene possidere ꝛ recte admīstrare huiusmodi bona trā-sitoria. sed pro eo q; ex frequenti confricatione cuz bis tempalibus plerūq; maculam aliquam trahit animus. ꝛ frequenter ad eandem machinatur ei⁹ appetitus. volunt plerīq; etiam hunc gradū tran-scendere. ꝛ ad quartum gradum ascendere. Quar tus enim gradus est cum animus sic afficitur ad hec transitoria q; contemnit ea. mauult non possi dere hec transitoria bona exteriora. doletq; si ipis onerēt ꝛ gaudet cum de ipis exoneratur. Illi au-tem qui hunc gradum conscenderint habent com mune cum bis qui predicto tercio gradu cōsistūt liberum ꝛ expeditum euolatū ad celestia. ꝛ q; nul la eos afficit aduersitatis molestia. et q; possent si eis per superiorē impetitur recte administrare tē-poralia. Ipi insuper vere possident omnia omni-busq; dominantur. sicut meuz itaq; vere non ē qō in nullo fm meam volūtatem est. sic vere meū est quod. in omnes voluntates meas exquisitum est. omnia sunt fm volūtatē eorū qui veraciter mūdū contemnunt. vere namq; mundi contemptores in dei amorem omnino assurgunt. ꝛ volūtatem suaz volūtati dei omnino subijciunt ꝛ obedienter cōfir mant. Et hec omnia ꝛ solum illa volūt de reb⁹ om nibus que de eisdez rebus vult deus. sed oīa dei opera. sicut dicit psal'. exquisita sunt in omnes vo luntates eius. videlicet eorum qui nil volunt nisi conformiter cum deo. ꝛ omnia volūt conformiter cū ipso. Cū igitur omnia dei opera exquisita sunt in omnes voluntates verorum mūdi contempto rum. liquet q; oīa sunt in possessione ꝛ dominio eorum. De talibus recte itaq; dicitur. tanq; nihil habentes ꝛ omnia possidentes. Et iterum in euā-gelio de eisdem dicitur. Omni habenti dabitur et abūdabit. etenim illi qui sic habet omnia dabūtur insuper in tribulatōne eterna gloria. In typū quo q; hoc dictum est israel. Deuteronomij. xj. capō. Omnis locus quem calcauerit pes vester. vester erit. hec sola namq; que de mūdialibus contemnē do calcamus nostra sunt. si ea contemnendo non calcauerimus potius eis subijciemur q; domina-bimur. Habent igitur mundi contemptores vere mūdi dominiū. ꝛ quanto perfectius mūdum con temnūt. tanto eisdem plenius dominant. Nō igi-tur pigritandū est nobis paupertatez accipere. qō facile videri potest ex hac breui similitudine. Po-namus em q; haberes vnum granum seminandū ꝛ haberes duas terras. in quarū vna granū semi-natum germinaret decorem ꝛ delectabilem viridita tem ꝛ proferret fructum optimū. In altera vo se-minatum idem granū germinaret horribilez mar-ciditatem ꝛ pungentem spinam siue tribulum. nō ne summa esset stultitia si hoc granum seminares in terram proferentem de semine tuo spinam ꝛ tri bulū. cū posses idem granū seminare in terrā que proferret fructus optimū. Spūaliter granū istud est paupertas quam volumus nolumus semina-bimus omnia tēporalia possidere desinemus. aut ante mortem aut in ipa morte. Due autem terre in quibus potest hoc semen seminare sunt voluntā-rium ꝛ inuoluntartū. si seminetur in animū volū-tarium germinabit virorem magnarum virtutū ꝛ educet florem glorie. ꝛ secure puritatis conscientie. ꝛ fructificat premiū vite eterne. Si vo seminetur in animū inuolūtarū germinabit horridam marciditatē tristicie. ꝛ fructificat spinas ꝛ tribulos pū-gentium penarum gehenne. Seminandū est igit hoc granū tempestiue in mente volūtaria vt possi mus inde mereri temporaneum fructum in tem-pore suo. hec ille.

Capitulū XLVIII

Mercium regis pacifici ꝛ consilium. est consiliū humilitatis ꝛ obe dientie contra superbiam. Vnde Mat. vndecimo capitulo. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde. ꝛ inuenietis requiem animab⁹ ve stris. ¶ Super quo Augustin⁹ in suo libro de virginitate. Non em inquit dicit. discite à me mū-dum fabricare. aut mortuos suscitare. sed quia mi tis sum ꝛ humilis corde. O doctrinam salutarem o magistrum dominūq; mortaliuz quibus mors poculo superbie propinata atq; transfusa est. nolu it docere quod ipe non esset. noluit iubere qō ipse non faceret. hec ille. Item Augustinus decimoq; to. de ciuitate dei. Humilitatem inquit exemplo suo nos docuit christus nascendo. conuersando. p̄ dicando. miracula faciendo ꝛ moriendo. Vnō in sua natiuitate domū habuit humilem. quia diuer-sorium. lectum humilem quia presepiū. Item chri-stus humilibus per angelum natiuitatem suā nū-ciauit. quia pastoribus. Unō Berharndus in quo dam sermone. q̄ multa inquit hodie gēmis ꝛ auro fulgent altaria. quātis vbiq; palleis ꝛ aurificijs parietes adornantur. putas ad hec diuertent an-geli ꝛ pannosos homines declinabunt. Si ita est. cur pastoribus ouium magis beati angeli appari-erunt q; terre regibus vel templi sacerdotibus. Et ideo merito beatus Bernbardus super illud Isa-nono capitulo. Parvulus natus est nobis. Stu-deamus inquit effici sicut parvulus iste. discam⁹ ab eo. quia mitis est ꝛ humilis corde. non em̄ ma-gnus deus sine causa factus est homo parvulus. medicina tumoris hominis humilitas est christi. erubescat homo esse superbus quia hūilis factus est deus. Erubesceret miles sedere in scamno si vi deret regem suum sedentem in terra. Unde Isaie sexagesimoquarto capitulo dicitur. Utinam dirū peres celos ꝛ descenderes vt a facie tua montes defluerent. id est superbi humiliarentur. Item in operibus etiam ꝛ in conuersatōne christus nobis humilitatem multipliciter exemplicauit. Ui nō obstante q; erat rex omniū regum. matrem tamen elegit sibi pauperrimā. ꝛ inter omnes mūdi mu-lieres humillimam. ¶ Pro quo tamen notandus q; magnitudo humilitatis penes duo attenditur. scz penes excellentiā ipius q̄ one se humiliantis

et penes gradū ad quem hūiliat. Nam in quanto persona se humilians est excellentior. ⁊ quantū ad gradum inferiorem se humiliat in tanto dicit eius humilitas maior. sed inter omnes mulieres mundi erat hec virgo gloriosa mater christi excellentissima. et ad infimū humilitatis gradum se humiliauit. igit eius hūilitas inter omnes mūdi mulieres erat excellentissima. Unde in trib⁹ erat hec virgo gloriosa specialiter excellentissima mulierū que tria potissime solent alias mulieres ad superbiam excitare. scilicet in pulcritudine corporis. in generis dignitate. et in psone nobilitate. ¶ Primo enim erat ipsa excellentissima in corporis pulchritudine. vnde de eius pulcritudine dicit Canticorū .j. O pulcherrima mulierū. De qua pulcritudine loquit ⁊ valde beñ. super salutatione angelica. Lucerna inquit intus continens lumen. lumen suum diffundit ⁊ apparet ac si tota lucerna esset lux. Spū aliter q̄si lux in lucerna est gratia qua teste euangelio. Luce. j. hec virgo gloriosa erat plena. Hec eñ lux gr̄e mār doctor iste reddidit hāc virginē mariā ita splēdidā vt vix eius pulcritudinez sufficeat aliqs aspect⁹ intuen hūan⁹ ꝛ eo nō obstante nullus vnq̄ de ei⁹ pulcritudine erat ad incōtinentiā tēptatus. ⁊ hoc q⁊ ne dum pulchritudo corporalis sed etiam spūalis in corpus eius redundabat. si enim solum corporalis fuisset eius pulcritudo. estimo q̄ a fortiori fuissent homines de ipsa temptati. sic̄ ⁊ de alijs mulieribus solū pulchritudinem corporis habentibus pulchritudine interiori per superbie elationem extincta. Tales similes sunt sepulchris dealbatis q̄ exterius sunt pulchra. sed interius ossibus mortuoꝝ plena. quib⁹ ve imprecat a magistro ac saluatore nostro. Mat. xxiij. Et ideo merito dicit scriptura Proner. vlti. Fallax gratia et vana pulcritudo. mulier timens deū ipsa laudabit. qō considerans hec virgo gloriosa q̄ non obstante q̄ erat mulierū pulcherrima Canticorū. j. tamen de hac pulchritudine q̄si non curans inter omnes mulieres erat mitissima. dicente de ea matre nostra ecclesia. Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites facz castos. ¶ Secūdo erat hec virgo gloriosa excellentissima in generis dignitate q⁊ de nobilissimo patriarchali ⁊ regali ꝓsapia erat exorta. scilicet de abraham ysaac ⁊ iacob. de dauid salomone ⁊ ezechia. ⁊ ceteris qui erant nobilissimi patriarche ⁊ reges mūdi. Unde ⁊ de hac canit ecclesia dicens. Regali ex progenie maris exorta refulget cui⁹ precibus nos adiuuari mente ⁊ spū devotissime poscim⁹. Sed non obstante ista prosapi ali excellentia in omnib⁹ se hūiliauit ꝑ consiliuz spūssancti loq̄ntis organo vocis sapientissimi salomonis. In quāto maior es hūilia te in oīnib⁹ ⁊ coram deo inuenies gratiam Ecclesiastici. iij. ¶ Tercio erat hec virgo gloriosa excellētissima in psone dignitate. et nobilitate. qō sic ostendit. Si aliquis puer esset sapientissimus et posset sibi de omnib⁹ mūdi mulierib⁹ matrem eligere. q̄s dubitat quin optimam mulierem eligeret matrem. q̄ etsi de possibili posse non tantū sibi eligere matren de omnibus mulierib⁹ existentib⁹. verumetiam possit sibi matrem facere ita bonam vt vellet. vt in ea omnis eius volūtas esset plenarie executa. Nonne ratione docente matrem sibi eligeret te faceret optimaz Sed christ⁹ dei filius ac patris sapientia matrem sibi eligere ac facere sciuit et fecit matrem vt canit ipsa ecclesia dicens. Virginis proles opifexq̄ matris ⁊c. Item in persona illi⁹ dicit illud Ecclesiastici. xxiij. capit. Qui creauit me requeuit in tabernaculo meo. Ex quo sequitur q̄ optimam eam fecit. Item ratione sui filij quem genuit illa est excellentissime dignitatis. Nam dignior est mater regis q̄ mater militis inferioris. q⁊ in quanto filius filio generosior. in tanto mater matre habet vt communiter dignior in honore. Sed huius gloriosissime virginis filius sine aliqua comparatione. q⁊ infinite omnes alios filios mulierū in nobilitate excellit. ideo hec virgo et mater gloriosa omnes alias mulieres virgines ac matres in nobilitate excellit et hoc testat spūssanctus dicens. Multe filie congregauerunt diuitias. tu aūt supergressa es vniuersas Proner. vltimo. Sz nō obstante sua in istis et alijs multis excellentia. inter omnes tamen mulieres maxime ad gradū infimū se hūiliauit dicens Ecce ancilla domini fiat mihi scōm verbū tuū. Luce. j. Et in cantico suo dicit. Quia respexit hūilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Et licet alie mulieres possent ancille domini nominari ⁊ esse. nulla tamen tantū sicut hec virgo gloriosa potest se hūiliare. q⁊ nulla a tam alto gradu dignitatis ⁊ veri honoris ad tam ymum gradū hūilitatis pōt descendere Et sicut dicit xp̄s Luce. xiiij. capitulo. Omnis qui se hūiliat exaltabit. Igit q̄ magis se hūiliat magis exaltabit ⁊ qui maxime se hūimiliat maxime exaltabit. Et cū hec virgo inter omnes mulieres maxime se humiliauit. sequit q⁊ inter omnes mulieres maxime digna erat exaltari. qō et factū est. Unde et de illa dicit sancta mater ecclesia. Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorū ad celestia regna. Ex quib⁹ patet q⁊ humilimā matrez sibi elegit xp̄s Item exemplū hūilitatis dedit nobis christus in sua conuersatione. in hoc q⁊ non obstante q⁊ nunq̄ peccatū fecit. tamen medicinas ⁊ penas peccati humiliter accepit. vt patet in hoc q⁊ circūcidi. baptizari. ieiunare. et alias penas et alias medicinas pro peccato debitas hūiliter sustinere voluit. Unde dicit Bernhard⁹. Christus inquit vestigiū nullū vulneris habens. alligaturam vulneris non refugit. ꝑ non sic impij non sic agit peruersitas elationis humane. Erubescim⁹ enim vulnerū alligaturam. qui de vulneribus etiam interdū gloriamur. Qui sine peccato est nō dedignat⁹ est se peccatorem reputari. Nos peccatores esse volum⁹. ⁊ nolum⁹ peccatores estimari hec. Bernhardus. Item exemplū hūilitatis dedit nobis xp̄s in sua predicatione. in hoc q⁊ gloriam patris. et non suam quesiuit. dicens illud Johannis. xiij. capitulo. Sermonem quem vos audistis non est meus. sed eius qui misit me patris. Item exemplum humilitatis dedit nobis christus in miraculorum operatōne. Unde Mat. viij. dixit leproso mundato. vide nemini dixeris in hoc dans nobis exemplum de nostris bonis operibus non inaniter gloriari. nec laudem humanaz

appetere. vnde. Gregorius. Perit inquit omne qđ agitur si nō sollicite in humilitate custoditur. nam qui sine humilitate virtutes congregat quasi puluerem in vento portat. Item exemplum humilitatis dedit nobis christus in mortis passione. Unde phil'. ij. capitulo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem mortem autem crucis. Unde Aug. de predicta christi humilitate. xiiij. de ciuitate. Nunc inquit in ciuitate dei in hoc seculo peregrinanti maxime commendatur humilitas et in eius rege qui christus est maxime predicat'. Cōtrarium huic virtuti elationis vicium in eius aduersario qui est dyabol⁹ maxime dominari sacris literis edocetur. humilitatem exemplo suo christus docuit in nascendo. moriendo. predicando et miracula faciendo. hec ille. Item super illud phil'. ij. capi'. Humiliauit semetipsum factus est obediens ⁊c. dicit Aug. Ecce inquit a christo humilitat̄ exemplum habemus superbie medicamentuz. qđ igitur intumescis homo pellis morticina. o sanies quid inflaris princeps tuus humilis est. tu superbus. hec ille. Unde beatus Bern̄. quid inquit magis ad mirandum est quid amplius detestandum quid grauius puniendū. q̄ q̄uides dei filium summum in regno angelorum. nouissimuz factum in regno hominum ⁊ apponit adhuc magnificare se homo super terram. hec ille. ¶ Non soluz est predicto modo a christo capere possumus humilitatis exemplum sed etiam quasi ab omnibus reb⁹ in spera corruptibilium existentibus causas humilitatis inuenire possimus. si diligenter attendam⁹ videlicet in eis que sunt extra nos ⁊ in eis que sunt infra nos. ⁊ in eis que sunt iuxta nos. ⁊ in eis que sunt contra nos et in illo qui est supra nos. Unde q̄ntum ad primum extra nos sunt corporalia ratione carentia cuiusmodi sunt elementa. terrenascentia. bruta animalia et celi luminaria. In terra que est infimum elementorū multas causas humilitatis inuentre possumus. ¶ Primo si attendamus q̄ ad eam reuersuri sumus. vnde Genesis. iij. ca. In sudore vultus tui vescēris pane tuo donec reuerteris in terraz de qua sumptus es. quia pulvis es et in puluerem reuerteris. quando igit̄ terram respicis quasi sepulcrū vel cimiterū tuum respicis attende igitur q̄ terra que nunc est sub pedibus tuis infra breue erit caput tuuz. Item attendas quātuz ea indigeas. ipsa est que te sustentat. si enim ipsa dirupta esset sb̄ pedibus tuis. sicut erat dirupta sub pedibus dathan et abyron. Numeri. xvi. capitulo. Aliq⁹ ad illos in infernū descenderes. Ipsa etiā miro mō ex se p̄ducit fruct⁹ dei virtute. Unde pasceris. quod si non faceret fame perires. Sz considerandum est q̄ terra que est omnium elemētorum vilissimum in sui natura est frigida et sicca Et cum omnium viuentium in terra. teste philosopho. vita consistit in calido et humido. que sunt qualitates quarum terra naturaliter est inexperta sequitur q̄ terra si non haberet aliunde subsidium sterilis esset et infecunda. sed tamen quia elementorum est infima contra siccitatez humoris temperamentum recipit ab aere et ab aqua et ab igne et ab influentia superceleſtium. contra suam frigiditatem recipit confortantem calorem que eam reddunt fertilem et fecundam. sic certe homo qui vere citer se humiliat recipit a deo gratie humorem et charitatis calorem. que eum reddunt bonis operibus fructuosum. Item de aere diligenter si attendas causas humilitatis poteris inuenire vnde sine aere nec ad momentum poteris viuere. naz nisi ad refrigerium cordis aerem attraxeris sic subito suffocareris. Item si aer a vento frigido commot⁹ fuerit te intolerabiliter affligit. ⁊ si veneno pestifero infectus fuerit te inficit. sed attende q̄ ille preuaricationis auctor cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum semper in pestiferum aere vane glorie vt te finaliter interficiat nititur subleuare. Cui⁹ rei exemplum ostendit nobis venerabilis Beda in de figmentis poetarum vbi narrat q̄ quidā homo vocatus filius terre pugnauit cum quodam tirano nomine hercules. Iste enim filius terre semp quando fessus erat terre incumbens vires recuperauit. quod percipiens hercules ipsum de terra in aerem eleuans vicit et occidit. Moraliter quilibet homo potest dici filius terre. quia homo dicitur ab humo. Unde Job. xvij. capitulo. Putredini dixi pater meus es et mater mea es. et sorori mea vermib⁹ Pugnat enim homo cum hercule. id est cum dyabolo secundum consilium spiritussancti dicentis. Estote fortes in bello et pugnate cum antiquo serpente. sed hic cum in pugna temptationum fatigatus cadit in terram. humiliter cogitans q̄ terra est et in terram reuertetur. viros pugnandi cum dyabolo fortiores recuperat. quoniaz inter omnes virtutes humilitas precipue dyabolus superat. quod percipiens dyabolus nititur hominem a terra. id est a fundamento humilitatis eleuare in aerem vanitatis. vt ipsum sic superet. et postea in profundū eterne damnationis precipitet. Unde psalmista. Deiecisti eos dum alleuarentur. Item si aquam attendas in ea causam humilitatis inuenire poteris. nam si aqua non esset. vt porcus in immunditijs tuis putresceres. ¶ Item sine aqua vt supra dictum est terra arida et sterilis esset. et certe sicut terra est sine aqua. ita homo sine aqua gratie infructuosus efficitur. Unde ualdebeñ super symbolo. Sicut arbor inquit in ymo iuxta decursus aquarum plantata in profundum radices mittit vt in altitudinem crescat et exurgat et folia et fructus producat. sed pulvis de terro vento eleuatur vt volet et euanescat. Sic spiritualiter verus christianus manu dei et operatione spiritussancti plantatus iuxta aquas lacrimarum et rigatus aqua penitentie. mittit radios cogitationum suarum in profundum humilitatis vt per gratiam in altitudinem virtutum resurget. et folia verborum veritatis et fructum iusticie proferat. Sed superbus vero de terra eleuatur vento iactantie. vt ad tempus volet inaniter de se gloriando. et tandem cum vento vanitatis subito euanescat. et hanc considerationem videtur David habuisse qui in psalm̄. sic de viro iusto et humili loquitur. Et erit tanq̄ lignum quod plantatuz est secus decursus aquarum quod fructuum suum dabit in tempore suo Et folium eius non defluet et omnia quecunq̄

faciet prosperabuntur. Non sic impij non sic sed tanq̄ pulvis quem proiecit ventus a facie terre. hec valdeby. Et sicut arbor naturaliter altitudinem suam habet a radicis profunditate, et ideo si prescindatur et separetur a radice statim cadit in precipicium. Sic spiritualiter et profunditas humilitatis est hominis initium exaltationis. dicente christo Luce. xiij. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Et ideo si homo fuerit separatus a radice hac humilitatis. statim inueniet precipicium casus miserabilis. In cuius rei figura legitur. Danielis. iiij. de nabuchodonosor q̄ post nimiaz suam superbiam et iactantiam quam ostendit dicens. Nonne est hec babilon ciuitas magna quā ego edificaui in domum regni. in roboze fortitudinis mee. et in gloria decoris mei. sed vidit in visione nocturna arborem cuius summitas celum tangebat. et in ramis eius volucres. z sub vmbra eius omnes bestie quiescebant. et clamauit vigil dicens. Succidite arborem. verum tamen radicem eius in terra dimitte. et cuz a daniele rex quereꝛ somnij sui interpretationem. exposuit illud daniel dicens. Ipsum regem superbum esse arborem per iusticiam dei cito prescindendam. et addidit. Ab hominibus inquit ejcient te. et cum bestijs z feris habitatio tua erit. vt bos fenum comedes donec septem tempora mutabuntur super te. quod et factum est. quoniam rex ille propter superbiam suam electus est de regno suo. et in terra cum bestijs residens. z qui prius se celos tangere iactabat. fenum vt bos comedit. et tunc deum celi solum dominatorem esse celi et terre cognoscens intantum penituit q̄ ob eius penitentiam et dolorem. et ipsius danielis continuū oratione exercitum surrexit et ab optimatibus regni sui sublimatus est ad regni solū. et septem annorum tempora abbreuiata sunt ad septem menses propter istius danielis ingentes orationes. sicut patet per danielem. et per petrum commestorem super eodem. ¶ Ex qua hystoria patet q̄ cum nabuchodonosor lenatus fuerat a radice humilitatis vsq̄ ad celum vt sibi videbatur eo q̄ non credebat alium fuisse deum nisi seipsum. tunc precipitatus est ad naturam bestialem. Juxta illud quod de omnibus talibus scribitur in psalm̄. Deiecisti eos dum allleuarentur. Sed ecce quomodo Nabuchodonosor ad radicem humilitatis redijt. et in terram prostratus digne penituit. iterum ad regni fastigium est restitutus. et tunc gratias egit deo et dixit. Nunc ego nabuchodonosor laudo et glorifico deum celi. quia omnes vie eius iuste. et iudicia eius vera. et gradientes in superbia potens est humiliare. Item si ignem attendas in eo causam humilitatis reperies Nam si ignis non esset fame et frigore perires. quia non haberes vnde cibaria tua decoqueres. vel te cum frigore grauareris calefaceres. Item attende q̄ sicut legit Nume. xvij. capitulo. Propter superbiam et inobedientiam ignis consumpsit quatuordecim milia et ducentos de maioribus leuitarum. Item attende circa terrenascentia quantum illis indigeas. z que sunt in illis quibus tu careas. vt est fulgor auri pulcritudo florū Vnde Math. vj. Considerate lilia agri quomodo crescunt et non laborant neq̄ nent. dico autez vobis quoniam salomon in omni gloria sua cooperatus non est sicut vnum ex istis. Item circa animalia irrationabilia attende multa bona in eis quibus tu careas. cuiusmodi est sanitas naturalis cantus in multis auibus sine magistrali doctrina alicuius creature. ad quam suauitatem in multis annis tu non potes edoctus pertingere. Item moneret te ad humilitatem velocitas que est in auibus z etiam in quibusdam quadrupedibus. Fortitudo etiam et pulcritudo et abundās vestitus quibus tu careꝛ z te oportet mendicare ab eis quibus nuditatem tuam cooperias. et vnde pulcritudinem tuam omnes. et vnde debilitatem et turpiditatem tuam iunes. Item in celi luminaribus causam humilitatis inuenire potes. si attendas q̄ necessaria est tibi lux solis. lune. et ceterorum celi luminarium. ac etiā q̄ sine influentia illorum nihil hic viuere nec crescere potest in terra. et specialiter a luna que est infima planetarum si diligenter attenderes causam reperire poteris humilitatis quadruplici ratione Primo quia sicut luna totum lumen suum habet a sole. sic homo iustus totum lumen iusticie. veritatis et gratie quod habet. a sole iusticie recipit. Vnde apostolus. j. ad Corinthios. iiij. Quid habes quod non accepisti. si autem accepisti. qd gloriaris quasi non acceperis. et ideo vere humilis homo considerans totum deo tribuit. dicens cum psalm̄. Non nobis domine non nobis. sed nomini tuo da gloriam. Secundo quia sicut luna quanto magis illustratur et a sole clarior efficitur. tanto magis apparent in ea macule. Sic etiam vere. humilis q̄to magis gratia spiritussancti illustratur. tanto clarius et limpidius suos percipit et reprehendit fructus. et sicut pulvis in radio solis apparet que in vmbra non apparet. sic homo lumine gratie solis iusticie irradiatus puluerem venialium peccatorum suorum clare percipit. quem in vmbra peccatorum mortalium cōstitutus penitus nō agnoscit. Vnde sanctus Iob lumine solis iusticie illuminatus dixit. Nūc oculus meus vidit. et idcirco me reprehendo et ago penitentiam in fauilla et cinere. Job. xlij. ¶ Tertio sicut luna omnibus planetis terre est propinquior. ita vere humilis inter omnes creaturas rationales videt se terre viciniorem esse. considerās consilium matris sue ecclesie dicentis. Memento homo q̄ cinis es et in cinerem reuerteris.

¶ Quarto sicut luna in tanto apparet minor quanto soli est vicinior. sic vere humilis in quanto maior est siue excellentior in virtute. statu vel honore. intanto magis se humiliat ꝑm consiliuz spiritussancti dicentis. Inquanto maior es humilia te in omnib⁹ z coram deo inuenies gram. vii Ber. ad eugenie. papā. Salubris inquit copula vt cogitans te summum pontificem attendas pariter te vilissimū cinerem non fuisse sed esse. Nō

est enim magnum humilem esse in abiectione. ℔ magna prudentia et rara virtus est humilitas bonorata. Hec ille. ¶ Secundo in nosmetipsis multas causas habemus humilitatis. et hoc tam ex parte corporis q̄ ex parte anime. Ex parte corporis attendas eius mirabilem et lamentabilem ingressum. eius breuem et vanum transitorium progressum. et eius terribilem horribilez et amarum egressum. Vnde Bernhardus. vide inquit vnde veneris. et erubesce vbi es et gemisce quo vadis et contremisce. si enim attendas vnde corpus tuum venit inuenies q̄ ex putredine terre. Vnde Job. xvij. Putredini dixi pater meus es. et mater mea es. et soror mea vermibus. et si attendas quid est corpus tuum. ad quem finez tendat inuenies. teste scripture Genes. iij. q̄ pulvis est et in puluerem reuertetur. Et bene potest hominis ingressus in mundum dici miserabilis et hoc triplici ratione. ¶ Primo pro eo q̄ in damnabili peccati miseria concipitur. z sic ingreditur in hunc mundum. Unde Bernhardus in de meditationibus capitulo. ij. De illis inquit parentibus venio qui me ante fecerunt damnatum q̄ natum peccatores peccatorem in peccato genuerunt. Unde psalmi. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. z in peccatis concepit me mater mea. ¶ Secundo pro eo q̄ nihil secum confert quo posset se releuare. Unde. j. Thimo. vj. Nihil intulimus in hunc mundum dubium nec aliquid inde auferre possumus. sed prout dicitur Ecclesiastes. v. capitulo. Sicut nudus egressus est de vtero matris sue. sic reuertetur et nigil secū aufert de vniuerso suo labore. ¶ Tercio propter magnam miseriam que abundat in vita presenti ad quam nascitur homo. Unde Job. xxiij. capitulo. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. z fugit velut vmbra z nūq̄ in eodē statu pmanet. Et potest ingressus hominis dici lamentabilis. pro eo q̄ cum fletu z lamentatione venit homo in hunc mundu Unde Salomon Sapientie. vij. capitulo. Ego natus communem suscepi aerem et similiter decidi in terram et primam vocem similem omnibus emisi plorans. Quod considerans beatus Augustinus. in de speculo humane miserie sic scribit. Tribulatio inquit magna est ad quam nascitur homo. prima enim vox eius iudicat infirmitatem nascitur infans est statim plorat nondū loquitur. et tamen sue calamitatis est prophetа. sue enim lacrime testes sunt future miserie. mox enim incipit esurire et sitire et frigescere. et licet adhuc insensatus tamen in hoc arguit senes in miseria vanitatis et voluptate vitiorum ridentes qui si intime considerarent eorum ingressum progressum et egressum plorarēt. Est etiam progressus hominis breuis vanus et transitorius. Unde de hac breuitate vite hominis dicitur Job. xiij. capitulo. Breues dies hominis sunt. numerus mensium eius apud te est. constituisti terminos eius quē preteriri nō potuerūt De ei⁹ vanitate dicitur in psalmo. Homo vanitati similis factus est. dies eius sicut vmbra pretereunt. Item Ecclesiastes. j. capitulo. Vidi cuncta que sub celo sunt et ecce vniuersa vanitas. Item transitoria est. vnde Sapientie. ij. capitulo. Transiet vita tanq̄ vestigium nebes. Item egressus hominis terribilis horribilis et etiam auarus est. Unde de mortis terribilitate que est egressus hominis de hac vita dicit philosophus. q̄ mors est vltimum terribilium. Item de terribili et amaro egressu hominis de hac vita. Unde Bernhardus. in de speculo peccatoris sic scribit. Illa inquit tremenda hora mortis miseri peccatoris aduenient. mox spiritus maligni velut leones rugientes vt rapiant predam. et tunc subito apparebunt horribilia loca penarum chaos et caligo tenebrarum horror miserie et confusionis. terror tremende mansionis. vbi locus fientium. vbi locus gementium. vbi vox clamantium. ve veve nobis filijs eue. cuz hec et his similia immo millesies q̄ dici possunt peiora egressa de corpore misera anima audierit et viderit et senserit. quis queso quantusq̄ q̄ magnus timor ac tremor erit in ea que lingua potest dicere. vel quis liber exponere. quid tibi nunc p derit scientie iactantia. populi pompa. mundi vanitas. terrene dignitatis cupiditas quid tunc prodierint luxurie appetitus. cibus exquisitus. potus delicatus. vestis curiositas. carnis mollicies ventris ingluuies. ciborum superfluitas. crapula et ebrietas. domorum curiosa constructio. terrenorum possessio. prebendarum acquisitio diuitiarum congregatio. nunquid ista possunt eripere miseram animam hominis de ore horrendi et horribilis leonis. id est de maledicti fauce draconis quasi diceret non. Et sequitur. Quando miserabiliter et horribiliter occurret misere anime tue. ille dolj artifex ille filius iniquitatis. animarum hostis amarissimus. quomodo poteris subsistere horrendum aspectum tremendi vultus eius. ad intolerabilem oris illius feroz ad flammas sulphureas oculorum eius. quomodo tunc ferre valebis tantum timorem tam horrende bestie. certus esto quoniam timor ipsius horrende presentie omne genus tormentorum exuperat. quod in hoc mundo poterit excogitari quod propheta expauescens ad orationem confugit dicēs Exaudi deus orationē meā cū deprecor. a timore inimici eripe aiam meā. non dixit a ptāte inimici ℔ a timore inimici. Sed heu frater mi si tantus z tam magnus tremor sit anime peccatrici ex solo sarbane visu quanta confusio quantus ve horror quanta afflictio et quanta lamentatio erit ex tactu et tormento. Hec ille. De predicto ingressu progressu et egressu hominis loquitur Richar. archidiaconus in quodam sermone. de conceptō ne beate marie virginis. vbi sic. O inquit flendus preconium. O lugendum ad miraculum. O plāgendum presagium. angeli exclamantes veveve habitantibus in terra Apocalipsis. viij. Ve primum habitantibus in terra in suo ingressu. ve secundum habitantibus in terra in suo progressu. ve terciū habitantibus in terra in suo egressu.

Cū ingressus hz ꝓceptionē detestabilē. ꝓgressus habet quersationē culpabilā. z egressus dissolutionem miserabilē. Propter que tria ait ꝓpheta Isa. xliij. Formido z fouea z laqueus sup te qui habitator es terre. Fouea sup te ꝓpter ꝓmaculationem in vtero. z laqueus sup te ꝓpter deceptionē in mūdo z formido sup te ꝓpter dissolutionē in termino hec ille. Ex quib⁹ aliqualiter patet q̄ magnā causam humilitatis ex pte corporis in nobis possum⁹ inuenire Ex parte anie etiā possum⁹ causam hūlitatis reperire. Nam aut scit ipse hō se esse in peccato mortali. aut nō si sic seru⁹ est diaboli. dicēte xpo Johannis. viij. Omnis q̄ facit peccatū seruus est peccati. z per consequens dyaboli dicente ap̄lo. ij. Petri. ij. A quo quis superatus est eius seruus est. Cū z sic inferiorē seruitutē se subiecit q̄ canis. porcus. vel bufo. cū talis peccator debitor sit duplicis mortis. s. tpalis z eterne. illa vero mortis vnice sūt solūmodo debitores. Item ille miseriam habz culpe z pene. sed bruta animalia solū hūt miseram penam. Et si vero nesciat hō se esse in crimine mortali tū nescit se esse in statu salutis. nā scit se quandoq̄ fuisse debitorē mortis eterne z nescit vtrū peccatuz adhuc sibi sit misericorditer dimissum. Vñ Ecci. ix. Sunt iusti atq̄ sapientes z opa eor in manu dei sunt. z tū nescit hō vtrū amore vel odio dignus sit sed omnia in futurū seruant incerta. ¶ Tercio in eis que sunt iuxta nos etiā causaz hūilitatis possumus inuenire. si attendam⁹ multos de fratrib⁹ nostris esse leprosos. multos cecos. claudos. debiles. mēdicos z alijs diuersis miseriis afflictos. Cū sicut narrat parif. in de vitijs ꝓte. vj. c. de remedijs contra superbiaz. Odo quondā episcopus parif. de spectos semp pauperes in mensa ante se et alios a latere ꝓsueuit habere. Requisitus aūt a quodā delicato homine quō posset hoc tolerare. respondit q̄ quidā nobilis miles istud eū docuit. scz Job dicens. Visitans speciem tuā nō peccabis Job. v. c. ¶ Quarto si attendam⁹ ea que ꝓxima nos sunt materiam etiā humilitatis inueniem⁹. Hostes em̄ inuisibiles nos quasi subito strangularēt nisi protectō hoc impediret diuina. vñ dicit Trenor. iij. Miseri cordia dñi est q̄ nō sum⁹ ꝓsumpti ¶ Quinto i illo qui supra nos est causam humilitatis possum⁹ inuenire si attendam⁹ dei omnipotentiā esse paratam ad vindictam superbor. Vnde trib⁹ de causis solet aliquis se inclinare. vel q̄ gladi⁹ capitī eius immineat. vel q̄ transiturus est p ostium humile vel ꝓpt exemplū alicuius magne ꝓsone se hūliantis. similibus de causis dz p humilitatez se hō inclinare. si em̄ p superbiaz se erexerit. gladius dei omnipotētis euaginat sup caput ei⁹. vnde Ezechielis. xxj. Egredier gladius meus de vagina sua. s. gladius vindicte de vagina misericordie ad omnez carnē ab austro vsq̄ ad aquilonem vt sciat omnis caro q̄ ego dñs Et ideo dicit. j. Petri. ij. humiliamini sub potenti manu dei. Item necesse habet homo trāsire per humile ostiū paradisi. Vñ Aug. sup illud Jo. x. Ego sum ostiū. Ostiū inquit humile est. z ideo si sano capitevolum⁹ intrare oportet caput inclinare Item xps qui est rex regū z dñs dñorum toto tempore vite sue vt ex predictis patet hūiliter se habuit in hoc mūdo. Et sicut dicit Mat. x. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. z seruo sicut dominus ei⁹ Sed mir est q̄ tot hūilitatis causē ad hūilitatem hominē non inclinant superbum. sed z si predicte humilitatis causē te ad hūilitatē nō moueāt moueat te saltem multitudo nobilissimor effectuum qui pfectam humilitatem sequunt. quor primus est q̄ hominē sapientē efficit. vnde ꝓuer. xj. Vbi humilitas ibi sapientia. Item Mat. xj. dicit xps. Confitebor tibi dñe pater celi z terre. q̄ abscondisti hec a sapientibus z prudentib⁹ z reuelasti ea parvulis. Item Greg. z ponit in cano. dist. xlix. sollicite. Pupilla inquit oculi nigra videt. sed pupilla albuginem tolerans nihil videt. sed humani sensus si stultum peccatorē secū intelligit cogitationem intime claritatis apprehendit. si aut̄ candorem sapientie seu iusticie sibi attribuit a luce supne claritatis se excludit. ideo claritatem veri luminis nequaq̄ penetrat quia se apud se per arrogantiam exaltat. sicut de quibusdā dicit in epla ad Ro. Dicentes em̄ se sapientes stulti facti sunt. hec ille. Et ideo merito beatus Bern. in lib. de. xij. gradib⁹ humilitatis bona est inquit via humilitatis qua veritas inquirit charitas acquirit. generatiōes sapie p cipiunt. Legit em̄ in vitaspatr q̄ quidam frater ieiunauit septē hebdomas. petēs a deo vt reuelaret sibi intellectū de quodam scripturar sermone z cū nō sic fuisset ei reuelatū iuit ad quendam fratrem vt intellectū illi⁹ sermonis quereret ab eo. z in itinere obuiauit ei angelus dicēs. Septē hebdomade quas ieiunasti nō te fecerūt primum deo. nunc vero q̄ humiliatus es vt ad fratrem pergeres missus sum tibi intellectū optati sermonis ostēdere. et docens eū angelus sermonis intellectū ab eo recessit ¶ Scdo humilitas in vita presenti obtinet hoī veniam de peccatis. Vnde legit. ij. Reg. xij. q̄ dauid humiliter peccatū confitens audiuit ꝓphetaz dicentem. Transtulit dñs peccatū tuum a te. Item in psal. Humiliatus sum z laberauit me ¶ Tercio humilitas videt sententiam dei reuocare. In cui⁹ rei exemplo legit. iij. Regu. xxj. de impio rege achab ab cuius cupiditatis causa naboth vir iustus z simplex lapidatus erat ad mortem. vt sic achab illius vineam possideret iniuste. quo facto audiuit dñm sibi dicentē per ꝓphetā q̄ destrueret ipsum cū tota sua familia z q̄ canes lingerēt sanguinē eius in loco in quo linxerunt sanguinē naboth. Et audiens achab sermones istos scidit vestimenta sua. z operuit cilicio carnem suam. ieiunauit z dormiuit in sacco z ambulauit demisso capite. z factus est ſmo dñi ad heliam dicens. Monevidisti achab humiliatū coram me. Quia igit hūilitas est mei causa nō inducam malū in diebus ei⁹. Item. iij. Re. xx. z Isale. xxxviij. legit de rege ezechia. qui egrotauit vsq̄ ad mortem. z misit dominus ad illum ysaiam ꝓphetā vt diceret illi. Hec dicit dñs. Dispone domui tue quia morieris tu z non vives. quo audito cōuertit ezechias faciem suam ad parietez z humiliter orauit ad dominum z fleuit fletu magno. sed antequā egrederetur ysaias mediam partem atrij regis factus est sermo domini ad eum dicens. Reuerterez. dic ezechie duci populi mei. hec dicit dominus de⁹

¶ Tercio ad detestationē accidie exemplū habemus a bestijs animalib⁹. Vñ tali exemplo vtit salomon ꝓuer.vj.dicens. Vade ad formicā o piger ⁊ cōsidera vias eius ⁊ disce sapientiā. que cuz nō habeat ducem nec principez nec preceptorē parat in estate cibū sibi ⁊ ꝓgregat in messe qō comedat in hyeme. Et rationabiliter mittit salomon pigros ad addiscendū sapientiā a formica q animal modice quantitatis ē ⁊ potentie. vt discāt ꝑ pudore expellere pigriciā qui discere nolunt ꝑ amore. vnde multū confundi potest homo quādo videt se tam parue scientie q a tam paruo animali mittitur edoceri. sicut accidit in scolis q aliqs magn⁹ a paruo puero docet vt ex quadā erubescentia deberet ardētius addiscere. Et attendendū ē q dicit salomon. considera vias eius. ⁊ nō dicit viam. vias vocat discursus quos facit ꝑ querendo cibos. pluries em in die vadit ad querendū frumentum siue grana. Et ex hoc exēplo satz possunt erubescere pigri homines q semel in septimana grauāt venire ad ecclesiam ⁊ audire verbū dei ad querendū anime sue cibū. Attendendū est insup in hoc opere q formica nō habet hominē ducē cui⁹ exemplum sequat. nec ꝓceptorem cui⁹ verbo ad hoc doceat. nec principem a quo eius negligētia puniat. et tamen congregat in estate que comedat in hyeme. q si di. a multo fortiori homo q habet super se ducē preceptorem ⁊ principem dominum suum iesum xp̄m congregaret virtutes ⁊ sapientiam in vita p̄senti quibus viuere posset eternaliter in vita futura. ¶ Tercio attendendū est q formica paruz granum eligit vt de eo pascat. ⁊ ex hoc exemplo erubescī ⁊ confundi possunt voluptuosi homines q spurcicias ⁊ immūdicias viciorum eligunt. vt cū illis os sui bestialis appetitus pascant. de quibus ꝓuerb.xv.dicit. Os stultorum pascitur imperitia Quarto attendendū est q formica adeo se frumē to siue grano onerat vt videatur interdum mitor esse suo onere. Ex quo exemplo erubescī ⁊ cōfundi possunt accidiosi qui a sermone redeunt vacui ⁊ nullū verbum sermonis secum portant. nec aliquā virtutem acquirere laborant. de talibus enim verificatur illud Luce.viij. Venit em dyabolus ⁊ tollit verbum de cordibus eor ne credentes salui fiant. Item. Linco. in de venenis. dicit plenius libro.ij. q inter apes nulli licet ocio vacare. sed officia habent inter se diuisa. nam quedam domos in fauis construūt. alie fauos poliunt. alie cibos parant ⁊ congregāt. vnde senes earū intus operātur. iuuenes vero exeunt ⁊ cibos ⁊ materiā fauor colligunt. ⁊ inter eas apes more puniūtur opari nolentes. ex quo patet q cōtra naturā viuit homo q ocio vacat. ⁊ de aliorum labore cibos sumit ⁊ ideo merito dicit ap̄s.ij.Thessal.iij. Si qs nō vult opari nō manducet. ¶ Quarto ad detestationem accidie exemplū capere possumus ab impijs hominibus q amant istū mundū transitoriū vsq ad contemptū. Vñ si cōsideremus quot ⁊ quātis laboribus ⁊ quottidianis cruciatib⁹ impij acquirant penam eternā. satis erubescī ⁊ cōfundi possumus q adeo pigri sum⁹ laborare ꝑ gaudio eterno acquirendo. Vñ legit in vitas patrū. de quodā sancto patre. q cum vidisset ornatū cuiusdā meretricis flens inquit ignosce mihi omnipotens deus q vni⁹ diei huius meretricis ornatus superauit totius vite mee industria ornamenta. Item ibidē legit q quidam abbas videns mulierem in alexandria ad quā de heremo descēderat flevit. ⁊ interrogantib⁹ causas sui fletus respondit. Due inq̄t res me mouēt. vna de istius mulieris p̄dītione. alia quia nō habeo tale studiū placendi deo. quale studiū habet ista ad placendū voluptuosis hominib⁹. ꝙ si tales considerarent q sicut dicit p̄s. Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. confusi sunt ⁊ deus spreuit eos. ¶ Quinto ad detestationem accidie exemplū capere possumus a iustis ⁊ sanctis hominibus ⁊ ꝓmo de xp̄o qui dicit per p̄s. Pauper ego sum ⁊ in laboribus a iuuentute mea. Item legitur Johānis.iiij. q christus fatigatus ex itinere sedit super fontem. Item christus int. ..um laborauit ꝑ salute humana q sicut legitur ..re.xxij. Factus ē sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. et in multis alijs locis euangelij legitur de vehementissimo labore illius. Cuius laborem considerans beatus Bernar. q̄diu inquit vixero memor ero laborū quos xp̄us sustinuit in predicando. fatigationum in discurrendo. temptationum in ieiunando. vigiliarū in orando. lachrimarū in cōpatiendo. recordabor etiā dolorum. cōuitiorū. spuror. colaphisorum. inhsannationū. exprobrationū. ⁊ clauorum. horūq̄ similium que p ip̄m ⁊ sup ip̄m abundantius transierūt. alioquin requireretur a me sanguis iusti q effusus est sup terram. Item Apostolus de se dicit. j.Cor.xv. abundantius illis oīb⁹ laborauī. Item. j.Corin.iiij vsq̄ in hanc horam ⁊ esurimus et sitimus et nudi sumus. ⁊ colaphis cedimur ⁊ instabiles sumus ⁊ laboramus operantes manibus nostris maledicimur ⁊ benedicim⁹ ꝓsecutionē patimur ⁊ sustinemus. blasphemamur ⁊ obsecramus. Item seruus qui accepit quinq̄ talenta ⁊ operatus est in eis et lucratus est alia quinq̄ cōmendatus ē ⁊ magnifice a deo remunerat⁹. similiter qui duo acceperat ⁊ lucratus est alia duo. Sed seruus piger qui vnuz talentum accepit ⁊ illud non multiplicauit. sed inutiliter reseruauit reprobat⁹ est ⁊ grauiter punit⁹ vt patet Mathei.xxv. Item thabita xp̄i discipula plena erat operibus bonis ⁊ elemosynis quas faciebat. ⁊ ideo ip̄a mortua multi rogauerūt petruz ꝑ ea ⁊ ille virtute diuina illam suscitauit a morte vt patet Actuū.ix. Item Genes.xviij. legit q abraham festinauit ire in tabernaculum ad sarā. Dixit ei. accelera. tria sata simile commisce ⁊ fac subcinericeos panes. ipe vero ad armentū cucurrit ⁊ tulit inde vitulum tenerrimum et optimuz. dedit q puero qui festinauit ⁊ coxit illum. Super q̄ origenes. Senex inquit currit. sara accelerat. puer festinat. nullus piger inuenitur in domo sapientis. Item aug⁹. in libro de opibus monachor. ca.xiij Que inq̄t apta sunt hūanis vsibus honeste o pat apostolus. sicut sese habent opa fabror. suror. rusticor ⁊ hūs similia. Neq̄ em honestas illa reprehēdit qō reprehēdit supbiam eorū qui honesti amāt nominari. sed esse honesti nō amant. Primi patri

arche pauerunt pecora. Grecl quos paganos dici mus phylosophos multuꝫ sibi honorabiliores su tores habuerũt. in ecclesia hõ ille iustus cui despõ sata fuit beata virgo maria q̃ peperit xp̃m faber li gnarius fuit. Si em̃ patriarche q̃ fuerũt de meliori bus indeo ꝫ pecora pauerũt. ꝛ si pbi qui de melio ribus paganoꝫ erant sutores fuerũt ꝛ ioseph q̃ de melioribus xp̃ianorũ erat faber fuit. Et si etiã pau lus xp̃ianorũ suprem⁹. aut de supmis vnus post ẽ̃ fuit apostolus tabernacula fecit vt legit Actuũ xviij. Et si oẽs p̃dicti opabant corpaliter vt nõ co gerent̃ egestate necessaria mẽdicare. cuius ꝓfessio nis aut legis cupitũt esse qui cõtra tot exempla san ctorũ mẽdicare necessitate cogente nõ erubescunt ꝛ hec eadẽ sententia beati augustini habet in glosa cõmuni sup vltimo ca. ij. epistole ad Thessalo. Et ideo merito dicit fm consiliũ spũssancti. Nõ oderis laboriosa opa ꝛ rusticitatẽ ab altissimo creataꝫ. Eccl. vij. Rusticitatẽ em̃ deus creauit qũ ade dixit Genes. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo

¶ Secundũ ꝓuocatiuũ ꝓncipale ad detestati onẽ peccati accidie ẽ q̃ peccatũ istud deo multum displicet. dyabolo valde placet. ꝛ homini vehemẽter nocet. Et q̃ peccatũ accidie multum deo displi cet multipliciter ostendit. Et ꝑmo ex illo Luc. xv. Dico vobis q̃ gaudiũ erit in celo sup vno peccato re penitentiam agente ẽ̃ sup nonagintanouem iu stis qui non indigent penitẽtia. Nõ exponit Gregorius sup euangelia omel. xxxiij. de iustis illis q̃ desidiose se habẽt in agendis. ꝛ de peccatore ferue̅ te ad penitentiã agendam. Vnde paris. in ō vitiꝭ parte. v. tracta. de accidia. Dominus inquit ferue̅tem peccatorem. xcix. iustis accidiosis ꝓponit. si cut dux in ꝓlio plus eum militẽ diligit q̃ post fu gam reuersus hostẽ fortiter premit. ẽ̃ illũ q̃ nunc̃ fugit. nec vnc̃ fortiter contra inimicus pugnauit. Plus etiam amat ager qui post spinas ꝛ tribulos fructus vberes reddit. ẽ̃ ille qui spinas ꝛ tribulos nunc̃ ꝓtulit ꝛ semp sterilis exstitit ꝛc̃ ¶ Secundo patet idem ex illo Luc. xiij. vbi legit q̃ arborem fi ci habebat quidam plantatam in vinea sua. ꝛ venit querens fructum in illa ꝛ non inuenit. Dixit autẽ ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt exquo ve nio querẽs fructũ in ficulnea ꝛ non inuenio. succi de igit illam. vt quid etiã terrã occupat. At ille re spondens dixit illi. Domine dimitte illã et hoc an no vsq̃ dum fodiam circa illam ꝛ mittam stercora Et si quidem fecerit fructum. sinautẽ in futuro suc cides illam. Spiritualiter per habentem arborem plantatam in vinea sua possumus intelligere patrẽ celestem. q̃ arborẽ hominẽ plantatũ in vinea militantis ecclesie ad portandũ fructum boni operis. hec tamen arbor aliquando accidie deditus efficit sterilis. quãdo ergo pater celestis fructũ bonorum operũ in tali homine in ꝑmo anno secundo vel ter cio. hoc est in ꝑma secũda vel tercia etate nõ inue nit. iusticia eⁱ⁹ exigit vt succidat̃ q̃ mortẽ devita ista ꝛ ꝓiciat̃ in penam sibi condignã. Sed misericor dia ortulani id ẽ xp̃i qui apparuit marie magdale ne in similitudine ortulani vult aliquãdo ꝓlonga re vitã eius vsq̃ ad vltimã senectutis etatem ad vi dendum si voluerit se emendare. Isaie. xxx. Expe ctat dominus vt misereatur vestri. Et ad talem cor rigendũ dominus aufert ab eo aliquãdo tempora lia. corporis sanitatẽ. ꝛ mundi ꝓsperitatẽ et ponit circa eum stercora. id est miseriam huius vite scili cet paupertatẽ. infirmitatẽ. tribulationẽ ꝛ angusti am. vt sic tandem qui in ꝓsperis ꝛ in iuuentute no luit beneviuere saltem ꝑ talia aduersa in senectute corrigatur. Nam vt dicit beatus augustinus in de abusionib⁹ abusione secũda. Plus religioni ope raꝫ dare competit quẽ ꝓsentis seculi florida eras transacta deserit. sicut nanc̃ in lignis ipa arbor re ꝓba cõparet. que post flores fructus bonos cul tori suo nõ exhibet. sic in hominibus ipe reꝓb⁹ est quẽ flos iuuentutis deserit. ꝛ tamẽ in sui corpo ris senectute bono ꝫ operuꝫ maturos fructus deo ꝓferre puspendit. q̃d em̃ stolidi⁹ fieri potest. si mẽs ad ꝓfectionẽ nõ contendat festinare. quãdo totius corpis habita senectute cõfectus ad interitum ꝓpe rat. dũ oculi caligant. aures grauiter audiũt. capil li ꝓfluunt. facies in pallorem mutat̃. dentes lapsi numero minuũtur cutis arescit. flatus nõ suauiter olet. pectus suffocat̃. tussis cachinnat. genua trepi dant. talos ꝛ pedes tumor inflat. etiam homo inte rior qui nõ senescit his omnib⁹ aggrauat̃. ꝛ h̃ oia ruituram famq̃ domũ corpis cito ꝓnunciant. q̃d igit̃ supest nisi vt dum hui⁹ vite defectus appropi at. nihil aliud cogitare ẽ̃ quomõ futura habitatio ꝓspere comphendatur. quilibet senex appetat. iu uenibus enim incertus hui⁹ vite terminus instat. senibus cunctis maturus ex hac luce exitus breui ter concordat. hec aug⁹. Et ideo si homo istis ster coribus. i. istis incomodis senectutis ꝛ miserijs ex hibitis se non corrigat ꝛ fructus dignos penitẽtie ꝓferat merito succidet̃ ꝛ fiat de eo sicut dicit Ma thei. iij. Omnis arbor que non facit fructũ bonuꝫ excidetur et in ignem mittetur ꝛc̃ ¶ Tercio vo q̃ accidia deo multũ displicet. patet ex illo Mathei xxv. vbi legit q̃ dominus de seruo illo q̃ fodit ꝛ in terrã abscondit talentũ domini sui. qui accidiosos signat dixit. inutilem seruũ eijcite in tenebras exteriores. illic erit fletus ꝛ stridor dentiũ. Sup quo Cryso. ille inquit qui fodit gratiam suaꝫ in terra nõ peccare ꝓponit. sed iusticiam non facere. qui autẽ peccant non absconderevidentur gratiã suam sed corrumpere. si igit̃ in tenebras exteriores mittunt qui accepto verbo dei carnaliter viuendo fructum iusticie non fecerũt. in quales putas tenebras sunt ituri. qui ipm talentum fidei sue peccando ꝑdide runt. ille qui fodit talentum in terra. similis est vir ginibus fatuis que habentes lampades oleũ non babent. tam enim ille ẽ̃ etiã isti putauerũt sibi ad salutem hoc solum q̃ credebant in christum posse sufficere. nam vere et si talentum. id est fidez domi ni sui non perdidit. tamẽ reus est damni si omnia opera iusticie non fecerit. non enim ꝓpter hoc solũ vnusq̃sq̃ sit xp̃ianus vt sit seruꝰ talentũ fidei sue. ẽ̃ etiã vt xp̃o operet̃ iusticiã. Nam sicut q̃ semina di causa accipiens a domino semen tempore semi nationis. ꝛ nõ seminauerit. damnũ faciet domino suo. ꝛ si non ꝑdiderit semen. est tamẽ tanti damni dño suo reus ẽ̃ tuꝫ poterat lucrũ facere si opportuno tempore seminasꝫ. sic qui accipit fidem christi

in hoc seculo. ⁊ in hoc tempore seminationis nō fuerit operatus iusticiā. ⁊ ſi fidem suā non pdiderit tamen tantū videt pdidisse quantū poterit iusticiam fecisse ſi nō negleꝛisset. ℌ Cryſ. ope. imp. ome. xliij Item idem omel. xxvj. etusdez. Considera inqt q ſeruꝰ ille q̄ accipit a domino suo mnam vt qd ſerue nequā sibi dictū audiuit. q̄ pdidit mnam suā aut quia nihil lucratus est de ea. ſine dubio teſte euangelio. qui aūt peccat perdit gratiā suā quā accepit. ſi igitur ille nō ē impunitꝰ in die iudicij q̄ ociosus stetit in foro. ⁊ nullam iusticiā operatus est quid faciet illi in die iudicij q̄ peccauit ⁊ animā suā pdidit ¶ Quarto q accidia multū deo displicet. patet ex illo Math. xxj. vbi legit q dñs maledixit ficui fructū non ferenti. Spūaliter ficus fructū non ferens signat accidiosū xp̄ianū fructū operū miſcōte non ferentē. cui finaliter dñs maledicet. ⁊ in ignem eternū p̄cipiet cum ceteꝛ damnādis dicēs illud Mathei. xxv. Ite maledicti in ignē eternū qui paratꝰ ē dyabolo ⁊ angelis eius. Ex q̄bus euidenter liquet q peccatū accidie multū deo displicet ℌ Nō aūt hoc peccatū dyabolo valde placet tripliciter ostendit. ¶ Primo ex hoc q in accidiosis dyabolus habet p̄riū hoſpitiū quietis. vnde Job. xl. Dormit in secreto calami. calamus q̄ vacuus ē signat hominē vacantē ⁊ ociosum in quo dyabolus tanq̄ in propria domo delectat habitare quiescere ⁊ dormire. In cuius cōfirmationē legit Math. xij. ⁊ Luce. xj de immūdo ſpiritu q inuenies domū de qua exierat vacantē. vadit ⁊ assumit ſeptem ſpiritꝰ nequiores ſe. ⁊ ingreſſi habitāt ibi. ℌ iſtud cōſideratēt tam laici q̄ clerici ⁊ specialiter tales q̄ pro eo q diuitijs mūdanis abundant. videt eis dedecus aliqd opari. ℌ reputant illos honorabiliores q̄ nihil agūt niſi q comedunt ⁊ bibūt ⁊ alijs delicijs ⁊ voluptatibus intendūt. ℌ certe ſi hoc verū eſſet eadē rōe poſſent bobus asinis equis ⁊ alijs animalibꝰ assidue laborātibus. porcos q̄ nihil agūt niſi q comedunt bibunt dormiūt ⁊ viciose viuūt p̄ferret eos honorabiliora animalia notare. ⁊ nō dubiū in talibꝰ porcinis hominibꝰ delectant demones habitare. In cuiꝰ rei cōfirmationē legit Math. viij. Marc. v. et Luce. viij. q q̄ xp̄s eiecit legionē demonū ō quodam homine rogauerunt demones dūm dicentes Domine ſi eūcis nos hinc mitte nos in gregē porcoꝝ. ⁊ conceſſit eis ieſus. ⁊ exeuntes ſpiritꝰ immūdi ⁊ introierunt in porcos. ⁊ magno impetu totus grex precipitatus est in mare. Per quod datur intelligi q huiuſmodi porcini homines in ſuis voluptatibus ociose viuentes niſi ſe emendauerint finaliter precipitabuntur in mare donationis eterne ⁊ hoc merito. ℌ Nam vt dicit Pariſien. in ſum. de vicijs. parte. v. tracta. de accidia. capi. iiij. q accidiosus in hoc q in ſe dyabolis locum ⁊ hoſpitium facit. omni loco indignus est preterq̄ inferno. vnde propius locus ociosi est infernus ſicut et dyaboli. quod ſic potest ostendi. In celo enim non est dignꝰ recipi. q̄ celū merces ē tantūmodo operiꝝ Vñ Mathei. xx. Voca operios et redde illis mercedē. In paradiſū nō ē dignus recipi. q vt dī Gen̄ ij. Poſuit deus hominez in paradiſo vt operaret ⁊ custodiret illum. In purgatoꝛium non recipiet. nam de accidioſis dicit pſal. In laboꝛe hominum nō ſunt ⁊ cū hominibꝰ nō flagellabunt. ſ. in purgatoꝛio. ociosi em̄ nō laboꝛant cū hominibus in mūdo. ⁊ ideo nō purgabūtur cū hominibus in purgatoꝛio. ℌ cū demonibus flagellabūt eternaliter in inferno indignus est vt mundū occupet. nam Luce xiij. de ficulnea ſterili que hominē ociosum signat ſuccide eam. vt qd terraꝝ occupat. Relinqtur inqt ergo q ſolo inferno digni sunt ociosi. In cuius cōfirmationē dicit Math. iij. Omnis arboꝛ que non facit fructū bonū excidet ⁊ in ignem mittet. Item q accidioſus dignus ſit inferno estendit Linco. in de oculo morali. ca. xxxv. vbi ſic. Refertur inqt parabolice regem quendā tres filios habuiſſe qui volens de regno ſuo diſponere conuocatis coꝝā ſe tribus filijs ſuis dixit pigrioꝛi illoꝝ regnū ſuū ſe velle diſponere ⁊ legare. Tūc primus ait. mihi igit debetur regnū. q̄ adeo piger ſum q aliqñ ad ignē ſedeo ⁊ p̄us crus comburi permitto q̄ illud retrahā ab ignis incendio. Imo inqt ſecundus ego ad regnandū ſum aptioꝛ quia ſum pigrioꝛ. Nam adeo piger ſum q cū funem in collo habeam ⁊ moꝛ ſuſpendi debeā ⁊ gladiū in manu teneam p̄ter pigriciam tamen ad abſcindendū chordam manū meā non porrigo. Imo ſubdit tercius. ego regnare debeo. quia in pigricia ceteros antecello. Nam ſupinus aliquando in lecto meo iaceo ⁊ ſtillat aqua in vtrūq̄ oculū dextrū videlicet ⁊ ſiniſtrū. ⁊ tamē p̄pter ſummam pigriciā in ſtatu meo nō moueo ad partem dextram. neq̄ ad ſiniſtraz. Huic vo rex legauit regnū p integrū reputans ipm magis pigrū Spūaliter rex iſte ſignat dyabolū q̄ ē rex ſup omnes filios ſuppbie. vt dī Job. xlj. Per p̄mū filioꝝ p̄dictoꝝ ille cōgrue deſignat q̄ exiſtens in ſocietate puerſa p quez ad malū incenditur. magis tamē eligit igne peccati cremari q̄ a tali conſoꝛtio ſeparari. Secūdus vero filius signat talē qui licet peccatoꝝ funibus videat ſe coſtrictū vel ertā circumplexum quibus moꝛ ſuſpenſus erit ad inferni patibulū. nihilominus pigritatur funem peccati ſuccidere gladio lingue in vera confeſſione. Per tertiū autem filiū ſuper cuius vtrūq̄ oculū. ſ. dextruz ⁊ ſiniſtrū aqua ſtillare dicit. ille pgrue figuratur q̄ doctrinam audit de paradyſi gaudijs ⁊ inferni ſupplicijs. ⁊ tamē p pigricia ſtatū ſuū malum non deſerit. nec ſe vult ad dexteram amoꝛe ⁊ deſiderio p̄miorū mouere nec ad ſiniſtram vt ſaltem peccatū deſeraꝝ metu territus toꝛmētoꝝ. hec Linco. ¶ Secūdo vero q accidia dyabolo valde placet elici poteſt ex illo. j. Petri. v. Vigilate quia aduerſariꝰ veſter dyabolꝰ tanq̄ leo rugiens circuit querēs quez deuoꝛet. cui reſiſtite fortes in fide. Sed vt constat accidioſi qui non vigilant ℌ dormiunt in peccatis dyabolo nō reſiſtūt ℌ volūtarie dant ſibi locum vt ab eo capiant. Vñ ſic ē de dyabolo hominē perſequēte ſicut ē de cane ceruū vel aliā ferā in ſequēte. Nā ſicut fera ſi modicū quieſcat a cane ſtatiſſime capit. reuera ſic hō accidioſus a vtuoſa occupatione quieſcēs ab illo maledicto cane iſernali dyabolo cito capit ⁊ vinculis peccatoꝝ ſtringit. Figurā hui⁹ habem⁹ Judicū. xvj. vbi legit q Sampſon cōſentiēs blādicijs dalide q̄ fecit cum dormire ſuper

genua sua ⁊ rasit septem crines capitis eius. in q̄bus erat maxima eius fortitudo. q̄ statim captus est a philistijm. ⁊ oculis expulsis ⁊ cathenis vinctus ducꝰ est in carcerē. Spūaliter. ꝙ sampsonez qui interꝑtatur sol fortis vel solis fortitudo intelligo animā xp̄ianā per fidem ⁊ gr̄am receptā a sole iusticie spūaliter fortificatā. Per dalidā que interꝑetatur paupcula. signatur caro humana que q̄si paupcula ⁊ humilis ancilla esset obediēs spiritui. ⁊ eius rōne regulata. sed tñ ꝓut dr Prouer. xxix. Qui delicate nutrit seruū suū a puericia inueniet eū contumacem. sic certe q̄ delicate nutrit carnem suam inueniet eā contumacē ⁊ contra spiritū ꝓcupiscētē. Q̄ñ de tali delicate nutrita carne dicit apl's. Caro em̄ ꝓcupiscit aduersus spm̄ ⁊ spiritus aduersus carnē. Hec em̄ sibijnuicez aduersant ad Gal'. v. Et sicut dalida q̄ sampson sibi cōsensit eū dormire fecit. ⁊ septē crines capitis sui i quibꝰ erat maxima fortitudo eiꝰ rasit. ⁊ tūc philistijm eiꝰ inimici irruerūt sup eum. ⁊ oculis expulsis cathenis vinctū duxerūt in carcerem. sic misera caro humana q̄ per dalidā signat q̄ndo spiritꝰ suis voluptatibꝰ consentit. facit eū dormire i peccatis. ⁊ radit a capite eiꝰ. id est a suprema ꝑte anime septem crines spūales. s. septem virtutes septez peccatis mortalibꝰ cōtrarias. s. hūilitatem contra superbiā. amorē ⁊ charitatē contra irā ⁊ inuidiaz. virtuosum laborem contra accidiā. libertatē ꝓra auariciā. astinētiā contra gulā. ⁊ castitatez contra luxuriā. Isti em̄ septem crines cū homo habuerit illos in anima sua perfecte crescentes. faciūt illū spūaliter ita fortem. ꝙ oñs demones inferni suis tentationibꝰ non p̄nt superare eū. nisi ipse voluerit illis volūtarie cōsentire. dicente apostolo. j. Corinth̄. x. Fidelis deus q̄ non patiet vos tentari supra id qđ potestis. sed tamē q̄ndo homo consentit sue carnis voluptatibꝰ ⁊ q̄si obstinatus dormit in peccatis. tūc isti septem crines virtutum q̄bus alia bōna spūaliter fortificat radūtur. ⁊ tūc irruūt super eū philistijm. i. demones. ⁊ expellūt oculos suos spūales ⁊ ligant ipam peccatoꝛ vinculis. q̄bus nitūtur ducere eā in carcerem infernalem.

¶ Sed ꝓ isto est notādū. ꝙ sicut dicit Hugo. quedā est obligatio sine vinculū culpe. ⁊ quedam pene. Et obligatio sine vinculū culpe duplex est. Quedā est obligatio sine vinculū captiuitatis. et quedā seruitutis. Et similiter obligatio sine vinculū pene duplex est. s. obligatio dānationis. ⁊ obligatio sine vinculū expiatōnis. ex quoꝛ primo tenetur homo ad penam eternā. ⁊ ex secūdo ad penā temporalē. Ex vinculo captiuitatis illaqueatur homo ne redeat ad faciēdū bonū. ⁊ ex vinculo seruitutis trahit ⁊ exagitat ad agendū malū. ⁊ vtrūq̄ aūt est ad dānationis augmentū. ¶ Et ꝓ isto est notādū. ꝙ peccatū ante consuetudinem est vt funiculꝰ. imo vt filum stupiū respectu peccati consuetudinis. Peccatū em̄ consuetudinis est q̄si vinculū plaustri. qđ duodecim bones. id ē duodecim apostoli sua doctrina vix rūpere p̄nt. Et istud vinculū generat per additionē vniꝰ peccati ad aliud sicut latro q̄ interficit hominem nocte vt thesauꝛ suū furetur. Deinde si aliqs sceleꝰ suū cognoscat, tūc timens ne per illum detegat ipm occidit. ⁊ deinde cū furato thesauro comessationes. ebrietates fornicationem. ⁊ adulteriū exercet. ⁊ post tantoꝝ scelerū multitudinē mens mala cōscientie ad omnia scelera ꝓmptioꝛ reddit. ⁊ ita pctm̄ peccatis contoꝛq̄ndo maximū funez facit cū qua caudam impioꝛ suo malo exemplo post se trahit. Unde Esaie. v. Ue q̄ trahitis iniq̄tatem in funiculo vanitatis. ⁊ q̄si vinculū plaustri pctm̄. De istis em̄ funiculis dicit ps. Funes peccatoꝝ circūplexi sūt me hij sunt illi funes q̄bus pctōres in vita futura constringent. Unde dicit in euangelio de eo q̄ intrauerat sine veste nuptiali. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibus ꝓijcite eū in tenebras exteriores. Nō em̄ dominꝰ alijs funiculis ad peccatoꝛes ligādos requiret nisi q̄s ipsi fecerūt. ipsi em̄ vincla sibijpsis preparauerūt. Unde Prouerb. v. Iniq̄tates sue capiunt impiū. ⁊ funibꝰ peccatoꝝ suoꝝ vnusquisq̄ cōstringit. Et sicut est duplex obligatio. sic indubitanter est duplex solutio. Preterea ad consensuz criminis consentientis anima sb̄ vno eodēq̄ momento triplici vinculo astringit. scilicet vinclo captiuitatis. vinclo seruitutis. ⁊ vinclo dānationis. Et ō isto triplici vinclo potest intelligi illō Eccles iij. Funiculꝰ triplex difficile rūpitur. Unde iste triplex funiculꝰ rūpi non potest nisi ab ipso solo qui est trinꝰ ⁊ vnus. hic aūt funiculꝰ eoipso dirūpitur q̄ anima peccatrix q̄ oñia potest. ⁊ ad quem nemo venit nisi tractꝰ ad veram penitentiā compūgit. Peccatoꝛ igit sb̄ vno eodemq̄ tempoze solui a culpe obligatione ⁊ a debito dānationis. et ex eo em̄ ꝙ eiꝰ culpa finem accipit. simul obtinuit vt eiꝰ pena finem accipere posset. Hec Hugo.

¶ Sed est insuper notandū. ꝙ oñis consūmatio peccati mortalis est in consensu rōnis. Nam si sit inchoatio peccati in sola sensualitate. ⁊ nō pertingat vsq̄ ad consensum rōnis. tūc ꝓpter imperfectionem actꝰ est pctm̄ veniale. Sed cuz venerit ad consensum rōnis est pctm̄ mortale. ⁊ sic motꝰ accidie q̄ndo consistit in sola sensualitate ex repugnātia carnis ad spiritū. tūc est pctm̄ veniale. Et sic q̄ñq̄ peccāt etiā sancti viri. Sed si motꝰ accidie pertingat vsq̄ ad ꝓsensum rōnis. intantū ꝙ homo cadat in fugā ⁊ horroꝛem ⁊ detestatōem boni diuini ad qđ ex precepto tenet carne contra spm̄ vndiq̄ prevalēte. tūc est pctm̄ mortale. vt dicit scūs Thomas in sum. q. xxxv. ¶ Tertio vero ꝙ accidia diabolo valde placet. pt̄z ex hoc ꝙ accidia facit hominem ad aliqđ bonū opus faciendū ineptū. licet satis potentem ꝓuitrat eum esse ad mala ⁊ inutilia operandū. Unde de talibꝰ dicit Esaie. xcv. Opera em̄ eoꝝ inutilia ⁊ opus iniq̄tatis in manibꝰ eorū. diabolꝰ em̄ otiosos mutilat in partibꝰ organicis. vt reddet eos ad bene operandū ineptos. Q̄ñ figuraz hui⁹ habem⁹ Judicū. j. vbi legit ꝙ adonibesech amputauit. l. regibꝰ manuū ac pedū sūmitates. Adonibesech interꝑetat dominꝰ egestatis. et signat diabolū q̄ accidiosoꝝ dominat. ⁊ facit eos semp egere. Unde Eccli. xxvij. Qui sectur otium replebit egestate. Iste adonibesech amputat otiosis ⁊ specialiter regibus ⁊ prelatis q̄ deberent se ⁊ alios regere. sūmitates manuū ac pedum. vt dicit

Parisien. Dñ procurat vt tales ad opa vtilia sint q̄si impotentes. Dñ sicut q̄ habēt sūmitates manuū ac pedū amputatas inutiles sunt q̄ ad vsus membroꝝ istoꝝ. sic reges certe & prelati q̄ deberēt se & alios regere ociosi viuūt. habēt sūmitates. id est spūales operatōes manuū & pedum amputatas. & nedū manuū & pedū sed etiam partiū organicaꝝ oīm q̄ncq̄ sensuū. Et ī tales vt dicit psal. Similes inutiles facti sunt. & nō est q̄ faciat bonum Vnde & de talib⁹ dici pōt illud qđ de idolis dr in ps. Man⁹ habēt & nō palpabūt. pedes hūt & non ambulabūt. nō clamabūt in gutture suo. & hī possunt tales idolis assimilari. Nam vt dicit Volgot in lectura libro sapie. lect. clxxv. de talib⁹ antiq̄ postillatores exponūt illō Sap. xv. Via idolo nationū deus estimauerūt q̄bus neq̄ oculoꝝ visus ad videndū. neq̄ nares ad aspiratōem p̄cipiendū. neq̄ aures ad audiendū. neq̄ etiaz digiti manuū ad tractandū. sed pedes eoꝝ pigri ad ambulandum. Vnde illis inq̄t sicut & idolis fiūt genuflectōnes. adorationes. & supplicatiōnes. Et ideo merito de q̄ libet tali dr Zach. xj. O pastor & idolū derelinq̄ns gregē. ecce gladi⁹ dñi sup brachiū tuū. & sup oculum tuū dextrū. ¶ Super quo Lincolensis. merito inq̄t prelatus malus idolo comparat. quia sicut idolo cultus indebit⁹ exhibet. sic prelat⁹ malus honores indebitos sibi vsurpat. Sz & alia ratione prelat⁹ malus idolo comparat. nouim⁹ em̄ q̄ idolū q̄nto decenti⁹ pictoraꝝ. tanto ei maior reuerentia exhibet. ad hoc etiam auro & lapidibus pretiosis redimit. vt ipsū maior reuerentia impēdatur. sic & mali prelati possessionū adeptioni incumbūt. vt semetipsos in cibarijs splendidis procurēt & vestib⁹ decenti⁹ venustent. vt sic maior eis ab hominib⁹ honor exhibeat. hmōi igitur prelat⁹ gregem suū sibi cōmissū derelinq̄t & lac querit et lanam. & sic de ouib⁹ non curat. Et ideo gladius id est vindicta dei extendit super brachiū. id est super fortitudinem ipsi⁹. vt eam in breui conterat. & super oculū eius. q̄ auferet ei⁹ contemplatōnem eternoꝝ sed non temporaliū. Hec Lincolensis super euangelia parte. iij. capl̄o. xvij. Et sicut idolum apparet intuentibus viuū. & tamen mortuū est. sic & illi licet appareant viui. tamen spūaliter mortui sunt. ¶ Vnde cuilibet tali merito potest illud Apocal. xiij. Nomen habes vt viuas. et tamen mortu⁹ es. Et q̄ tales spūaliter sunt mortui. patet per carentiam sensuū & mot⁹. deficiunt em̄ in prelatis malis oēs q̄ncq̄ sensus spūales. q̄bus deberent tam in propria cōuersatōne q̄ in sūditoꝝ regi regimine. ¶ Primo em̄ carent virtute visiua discretōis & scientie q̄ discernere deberēt inter lepram & lepram. Carent em̄ cognitōne non solū sacre scripture. sed etiā nōnulli oīm scientie liberalis. isti excecant puluere terrenoꝝ & stercoribus rudinū Thob. ij. Prez Esa. lvj. Speculatores ei⁹ ceci oēs nescierūt. ¶ Secūdo carent virtute spirituali olfactiua q̄ sentit odor ille q̄ anime deuote currūt post sponsum. De quo dicit Cantī. j. Curremus in odorem vngentoꝝ tuoꝝ. Odor em̄ spine florentis & herbe redolentis auferūt eam odorem prede. ¶ Spūaliter. spine florētes & herbe redolentes sunt diuitie cū honoribus & dignitatib⁹ que tantū redolent in naribus prelatoꝝ. q̄ odorē prede celestis vel christi quē insequi currendo deberent totaliter auferūt. de q̄bus dr per ps. Nares habēt & nō odorabūt. ¶ Tertio carent virtute auditiua i aurib⁹. duas em̄ aures spūales habere debent vnam ad audiendū delectabiliter & libenter verbū dei. aliam ad intelligendū faciliter clamorē pauperū. Prima auris est dextra. secūda vero est sinistra. Sed moderni prelati nōnulli more aspidis surde dexteram aurem obturant terra. & sinistraz cauda. q̄ si offerat eis copia verbi dei. dicūt q̄ nō vacat eis auscultare. sed oportet eos de terrenis redditibus & plantis habere cōsilia. si clamēt pauper p̄o elemosyna. obturant aurem sinistrā. dicūt em̄. tanta familia nobis necessaria est. tot milites. tot clerici. tot armigeri. tot seruientes. & tot famuli. & tot ribaldi. q̄ vix sufficiūt quecūq̄ de ecclesia possidem⁹. & iste due surditates reddūt eos execrabiles & inefficaces. De prima Prouer. xxviij. Qui declinat aurem suam ne audiat legez oratio eius erit execrabilis. De secūda Prouerb. xxj. Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis. clamabit ipse & nō exaudietur. ¶ Quarto carēt virtute gustatiua spūali. qua gustat a sanctis q̄ suauis est dom⁹. patiūtur aūt febres varioꝝ pctōꝝ. q̄ modo infrigidant per timorē temporalē p̄dendi. modo calescūt p rancorē semetipsos de iniuria vlciscēdi. & ideo nimirū gustum habēt infectū & nō sapiūt ea q̄ dei sunt. ad Col. iij. Que sursum sunt sapite. & nō q̄ sup terrā. Item ps. Gustate & videte q̄m suauis est dom⁹. Dicit em̄ Aristo. in de problematib⁹. problemate. v. p̄ticula. xiij. q̄ comedentibus putridos fructꝝ. vinū dulce videat amarū. q̄ amaritudo fructuū manet diffusa in lingua eorū. & magis diffundit per vinū. Moraliter. de plat⁹ nōnulli fructꝝ putridos delectationū carnaliū comedūt. & tam vinū deuotōnis & spūalis cōtēplationis eis nō sapit. Vnde Luc. xiij. Nemo virorū illoꝝ qui vocati sūt gustabit cenā meā. ¶ Quinto carēt virtute tactiua spūali. & q̄ntū ad hoc dicit. nō sunt eis digiti manuū ad tractādū. Et hī dicit manuū in plurali. q̄ & man⁹ spūales habē deberent. dexterā qua reuerēter tractent misteria sacramentoꝝ. & sinistram q̄ suauiter curant vulnera pctōrū. Prima man⁹ debet esse mū dissima qua tractare debent filium dei Johānis. j. Manus vre contrectauerūt de verbo dei. Sed ista man⁹ in multis ē leprosa & infecta libidine. vt merito vniuersq̄ eorū dicit illud Exod. iij. Mitte manū tuam in sinum tuū. Et illō Job. xx. Noli me tāgere. i. sbtrahe manū tuā pollutā a celebratiōe diuinoꝝ & a ministratione sacramētoꝝ ꝓpter immūdicias vite tue Job. xiij. Manū tuā longe fac a me. Secūda man⁹ debz ee suauissima q̄ tractare debēt vulnera pctōꝝ. Vñ iij. Regū. v. Putabaz q egrederet a me. & tangēt manu sua locū lepre. Item saluator extēdens manū suā tetigit leprosuz dicēs. Volo mūdare Matthei. viij. Sz multi curati bis dieb⁹ sunt vt canes. q̄ solū lingua lingūt vlcera lazari. sed manu nō cōtingūt. quia opa misericordie eis non impediūt. nec operibus propijs exēplum prebent subditis

penitentie vel virtutis. Vnde Matth.xxiij. Sup cathedrā moysi sederūt scribe ⁊ pharisei.oia igit quecūq; dixerint vob facite ⁊ seruate.fm vo opera eoꝝ nolite facere.dicūt eñ ⁊ nō faciūt.alligant eñ onera grauia ⁊ importabilia ⁊ imponūt in humeros hominū.ipsi digiti suo nolunt ea mouere. Tales sacerdotes Grego.omel.xvij.sup euāgelia comgat aque baptismatis.q; alios mūdant ⁊ seipsos nō emendant. Vnde dicit sic. Ingrediūtur electi sacerdotū manib⁹ expiati celestē patriam.⁊ ipsi sacerdotes prani p vitam reprobaz ad inferni supplicia festinant. Cui igit rei similes dixerim sacerdotes malos.nisi aque baptismatis q̄ peccata baptisatoꝝ diluens illos ad regnū celeste mittit. ⁊ ipsa in cloacā postea descendit. Hec hoigot. Et ex isto triplici medio ⁊ multis alijs q̄ adduci possent.patet q; peccatū accidie valde placet diabolo

¶ Jam tertio restat videre q̄liter peccatū accidie vehemēter homini nocet. ¶ Pro quo notandū.q; accidia multipliciter homini nocet. Primo eñ replet eū egestate. Vñ Prouerb.xxviij. Qui sectat ociū replebit egestate.⁊ nedū replebit egestate in presenti sed etiam in futuro. Vñ Prouer.ij. Dis aūt piger semp in egestate est. Itez Prouer.xxiiij cuilibet pigro dicit. Veniet tibi quasi cursor egestas tua ⁊ mēdicitas tua q̄si vir armatus. Super quo Parif. Pauptas inq̄t modo q̄si inermis ⁊ q̄si lente incedit. Et ideo multi fugiūt eam vel resistūt ei.sed in futuro erit q̄si armata vt homo non possit eis resistere.⁊ veniet q̄si cursor vt homo nō possit ea effugere. Itē Prouerb.xx. Propter frigus piger arare nolnit.scz in hyeme.mendicabit igitur in estate ⁊ non dabit ei. Per hyemem que breues habz dies.intelligit vita presens. Vñ Job xiiij. Breues dies hominis sunt.⁊ sicut hyems ē frigida naturaliter ⁊ pcellosa.sic vita p̄sens pauperis infirmitate ⁊ miserijs vndiq; est obuoluta. Vñ Job.xiij. Homo natus de muliere brevi viuēs tēpore replet multis miserijs. In hac eñ hyeme q̄ seminat abūdanter bona opa in egestate scz in vita futura.meret abūdanter p̄mij incrementa eterne salutis. Et q̄ vero in hac hyeme cessauerit a bonoꝝ opeꝝ seminatōe.in vita futura mendicabit ⁊ nō dabit ei. Exēplum huj⁹ habemus Luc.xvj.de diuite epulone.q̄ in hac vita neglexit lazaro pauperi micam panis seminare.⁊ ideo in vita futura cū esset in tormēto ignis inferni mēdicauit guttā aque q̄ erat sibi negata. Itē sicut si hyems sit calida.signū est q; estas erit frigida.⁊ econtra. Sic et si vita p̄sens ducat in mūdi prosperis.signū est q; vita futura erit in aduersis.⁊ si vita p̄sens sit i aduersis.vita futura erit in prosperis. Vñ Gregorij⁹ sup euangelia.omel.xj. Pūtia inquit gaudia sequūtur ppetua lamēta. Hic frēs charissimi vanaz letitiā fugite.si illic flere formidatis. Nemo eteni pōt ⁊ hic gaudē cū seculo.⁊ illic regnare cum deo Qui seminat in lacrimis in exultatōe metet. Euntes ibāt ⁊ flebūt.mittētes semia sua.venientes autē veniēt cū exultatōe portātes manipulos suos.

¶ Scōo vo accidia nocet homini in hoc q; replet eū vicijs. De q̄ dicit Prouer.xxiiij. Per agꝝ bois pigri transiui.hoc ē vitam ⁊ cōuersationē hominis accidiosi considerani.⁊ ecce totū repleuerūt vrtice scz p̄ruritus viciorum.⁊ operuerūt faciez eius spine. id ē finem vite ⁊ cōuersatōis eius acuti remorsus cōscientie. Et bñ potest vrtica signare vicia.q; sic vrtica molle habz foliū.sed in folio aculeos pungitiuos.sic vicia carnalia habēt delectabile mollicies ⁊ aculeos acutos pungitiue conscientie.que acute pungēt in morte ⁊ acutius coram sūmo iudice.sed acutissime in supplicio pene sempiterne Et ideo merito btūs Hieronym⁹ sup illud Ezech. xvj. Hec fuit iniqtas sodome sororis tue.⁊ semp inq̄t est agendū ne ager nostri pectoris manu cessante malaꝝ cogitationū sensib⁹ occupet. Quia vt dicit Parif. sicut ager p̄fert spinas ⁊ tribulos et cetera inutilia.nisi fuerit vtilib⁹ seminib⁹ semiat⁹ sic hō nisi vtilib⁹ occupationib⁹ se repleuerit spinas ⁊ tribulos germinat viciorum. ¶ Itē sicut ferrū q̄ tacet nō tractatū nec in vsum positū cito rubiginat.sicut aqua q̄ nō mouet cito corrūpit.sicut vestis q̄ non portat de facili a tynea corrodit. sicut scolaris negligēs qui non addiscit de necessitate insipiēs efficit.sicut homo stās qui nunq̄ vadit facilius cadit q̄ ille q̄ semp incedit.sicut pānus candidissim⁹ quasi imperceptibiliter niger efficitur nisi frequenter ablnatur.⁊ sicut man⁹ corporis q̄si insensibiliter post ablutōem sordide efficiūtur. nisi frequēter lauentur.sic certe accidiosus q̄ non exercet se in aliquo bono opere.faciliter succūbit vicijs vincit a tentationib⁹.⁊ nisi frequenter se lauet a sordibus spūalib⁹ replet vicijs. Et ideo merito btūs Hieronym⁹ ad rusticū monachū.⁊ ponit in ca. de pcra. di. v. Munq̄. Alma inq̄t sciam scripturaꝝ ⁊ carnis vicia nō amabis.nec vacet mens tua varijs perturbationib⁹.que si pectori inciderint dominabūtur tui ⁊ te ducēt ad delictum maximū Facito semp aliq̄d boni operis vt semp diabolus inueniet te occupatū. Si apostoli hūres ptātez de euangelio viuē.laborabāt manib⁹ suis ne quenq̄ grauarēt.⁊ alijs tribuebant refrigeria.quoꝝ p̄ spiritualib⁹ debebāt metere carnalia.cur tu in vsus tuos successura no n preparas. vel fiscellam texe iunco.vel canistꝝ plecte lentis viminib⁹. Hec hieronym⁹ ad rusticū monachū. ¶ Tertio accidia homini nocet in hoc.q; facit eū virtutib⁹ vacuū. Vñ de boie accidioso dici potest illud Job.xxix. Anima eius vacua est.⁊ in talē animā vacuā deus diabolū intrare p̄mittit. vt̄ p̄z Mat.xij.⁊ Job.xxvj. Deus extendit aq̄lonez supuacuū. iste aquilo diabolus est. De q̄ dicit Hiere.j. Ab aq̄lone pandet oīe malū. hūc aq̄lonez p̄mittit deus intrare i animā virtutib⁹ vacuā. vt eā suis demeritis exigētib⁹ tentatōis igne vexet ⁊ cōburat dicēs illud Ezech. xxiiij. Ponā āz eam sup pēnas vacuā. Vñ ⁊ de talibus vtutib⁹ vacuis q̄ igne tentatōnis a diabolo vexant dicitur Abacuc.ij. Laborāt eñ ppli i multo igne.⁊ gētes in vacuū ⁊ deficiēt.i.a diabolo superabūtur.⁊ nimirꝝ.qz sicut vas stanneū vel plumbeū vel eneū sup ignem positū nō cōsumit duz liquore fuerit plenū.ꝛ vacuū statim p̄sumit ⁊ liquescit.sic aia plena vtutib⁹ nō p̄sumit tentatōne diaboli.ꝛ vtutibus vacua statim igne tentatōnis cōsumitur ⁊ a diabolo facilius superatur. In cui⁹ rei

figura legit Dañ.iij.q nabuchodonosor rex babylonis ꝓcepit vt succenderet fornax septuplū vehemēti⁹ q̄ succēdi ꝓsueuerat.in quo trib⁹ pueris positis.s.sydrach.mysaac.z abdenago.virtutib⁹ z gratia diuina plenis ignis nihil nocuit.ꝫ maledictos seruos regis gratia z virtutib⁹ vacuos statim cōsumpsit.Spūaliter.rex iste diabol⁹ est.fornax septupliciter accensus.tentationem septem pctōrū signat.que pueros dei gratia z virtutib⁹ repletos nō ledit.sed ociosos ministros diaboli gratia z virtutib⁹ vacuos statim incendit. Vnde psal. Incenderūt igne sanctuariū tuū.polluerūt tabernaculū nominis tui. Hmōi em̄ ociosi virtutib⁹ vacui bene figurari possunt per mare.q⁹ sicut mare facit terram sup quā fluit sterilē.z terminū habz areno sum.dicente dño per ꝓpheram Hiere.v. Posui arenā terminū maris.sic accidia facit hoiem sup quē fluit sterilem a virtuosis o perib⁹. Iuxta illō Iere.xxij. Scribe virū istū sterilem.i.accidiosum a virtuosis opationib⁹.z talis em̄ terminū habet arenā.i.desperationē.z bene desperatio signat per arenam.q⁹ sicut arena q̄ est termin⁹ maris int̄ omnes terras maxime sterilis est z grauis.sic desperatio q̄ est finis z termin⁹ accidie inter oīa peccata maxime reddit aiam sterilem z grauez.Et ideo ꝺr Prouer.xij. Qui sectat ocium stultissim⁹ est.sterilitas em̄ accidie z desperatōis q̄ est termin⁹ eius bñ figurari pōt per sterilitatē aq̄rum z terre. De q̄b⁹ dicit.iiij.Regū.ij.q aque pessime erant z terra sterilis.sed helyse⁹ mittens sal in fontem aquaꝝ sanauit eas a sterilitate. Sic spūaliter.si hō mittat sal sapientie doctrine verbi dei in cor suū.in quo ē fons z origo sue accidie z sterilitatis.tūc corp⁹ ei⁹ z anima a sterilitate stulticie z desperationis sanabūtur.Et ideo dicit dñs per ꝓphetā Iere.xxij. Terra terra terra audi sermonē domini.Et notāter ter dicit terra.ad denotandū q̄ triplex stat⁹ ecclesie.s.sacerdotalis.militaris.z laboratiū.audiret libēter sermonē domini.q̄ precipit oēm hominem ſm statū z gradum suū in virtuosis occupationib⁹ laborare. Vnde ꝑs. Fingis laborē in precepto.Glo. Fingis.i.formas laborē in precepto. hoc est vt vicem suppleat precepti.ad premiū vite eterne cōsequendū.q⁹ sicut preceptoꝝ obseruētia sic z nobis labor virtuosus gaudiū sempiternū acquirit.dicente scriptura.Bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fruct⁹ Sap.iij. Item tanq̄ ꝓ penitētia specialī ꝓ pctō primi parētis deus laborē hominī iniūxit.dicens. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.Gen.iij. Sup q̄ Linc. In sudore int̄ panis vite acq̄rit.nec labore ad ei⁹ vsum debito mō fit accessus.vt aūt laborem⁹ z sudem⁹.sudariū suū nobis reliq̄t dominꝰ. Hec Linco. sup euangelia parte.iij.ca.xlviij. Hō cōsideras btūs Bernū. Totū inquit tēp⁹ nr̄m ordinatū est nobis ad veniā impetrādū.penitētiā agendū.gr̄am ꝓmerendū.z gloriā ex miscōia saluatoris cōseq̄ndū. Quid igit̄ respōdebitis in illa die q̄n exiget a te in ictu oculi totū tēp⁹ vitē dni tibi impēsum.certe int̄ dicet de te sicut ꝺr de seruo malo Matth.xxij. Et ille obmutuit. Et ideo ſm consiliū scripture Eccles.ix. Hō cūq̄ pōt man⁹ tua instanter ogare.q⁹ nec opus.s. merēdi.nec ratio sez excusandi.nec scientia sez euadendi.nec sapientia sez alleuiamē pene acq̄rendi ē apud inferos|q̄ sez accidiose ꝓperas. ¶ Quarto accidia hominī nocet in hoc q̄ eū spūaliter excecat. Vnde Prouer.x. Sicut fum⁹ oculis sic piger his q̄ miserūt eū in via. Sup quo holgot in lectura libri sapie lectōe.xxxv. Et em̄ int̄ fum⁹ oculos corporis.sic accidia oculos mentis obscurat. nec mirꝝ si accidiosoꝝ q̄ ocio torpent oculi ne videant obscurent.naz visus iuuat ex gustu. Hñ dicitur.j.Regū.xiiij.q extēdit Ionathas sūmitatem virgule quā habebat in manu z intinxit in fauum mellis.z cōuertit manū suam ad os suū z illuminati sunt oculi eius.Spūaliter. Virga recta intellectū simplicē z rectū signat.q̄ in manu habet quādo in ope bono exercet.sūmitas virgule est sūtilitas intelligentie.hec em̄ in fauū mellis intingitur q̄n ad occultam sacre scripture dulcedinē perueniūtur. Man⁹ ad os cōuertit q̄n opus doctrine satiatur. Cibus aūt spūalis anime ē exercitiū opatōis bone. Hñ veritas dicit Joh.iiij. Meus cib⁹ est vt faciam volūtatē eius q̄ misit me vt ꝑficiam opus eius.q⁹ igit̄ accidiosi de hoc cibo nō comedūt.iō oculi eoꝝ obtenebrati sunt.z pñt dicere illud ꝑs. Oculi mei languerūt ꝓe inopia.Et iō ꝺr Zach. xj. Brachiū eius aridit̄ate siccabit̄.z oculus eius dexter obtenebrescēs obscurabit̄. In brachio intelligit̄ operatio.tūc igit̄ brachiū aridit̄ate siccat cū homo torpescēs ocio bonū nō operat̄.z tūc nec essario oculus dexter scz intellect⁹ quo ad noticiā spūalium obscurat̄.Et ideo salomon cuius oculi fuerūt ꝓe aliis q̄ sapiam illustrati postq̄ ꝓstructo templo dñi cepit ocio z torpore marcescere statim fact⁹ idolatra legit̄ infatuat⁹ fuisse.iij.Regum.xj. Infelix igit̄ accidiosus q̄ dum sectatur ociū interiorē amittit oculū.Hec ille.Sed q̄periculosa sit hec cecitas spūalis.patet supra pte.iij.ca.ij.vbi agit̄ de q̄nto motiuo conferēte ad detestatōez auaricie. ¶ Quinto accidia hominī nocet in hoc q̄ inducit eū in multa vitia z pericula q̄ ex ea inuenta sunt in sacra scriptura ꝓuentia. Hñ ex ea prouenit supbia dicente de accidiosis.ps. In labore hoim non sūt z cū hominib⁹ nō flagellabūtur.iō tenuit eos supbia. Itē ex ea ꝓuenit luxuria. Vnde danid cū in bellis licitis fuit occupat⁹ z contra dei inimicos pugnauit cōtinens fuit.sed cuz fuit ocio dedit⁹ statim adulteriū cōmisit nephandum vt ptz.ij.Regū.xj. Item salomon sapientissim⁹ duz fuit circa tēpli dei cōstructōem occupat⁹ sibi diuitias datam tenuit sapiam.ꝫ inordinat⁹ mulierum moꝝ eū ocio deditum statissime infatuauit.vt ptz iij.Regū.xj. Item accidia fuit cā iniq̄tatis sodome z vicinaꝝ ciuitatū que cū suis habitatoribus⁹ ſbmersi erant in profundū inferni.vt ptz Genesis.xix.z Ezech.xvj. Item ex accidia ꝓuenit ꝓsuetudo peccādi.que ꝑiculosa sit hominī.patz supra parte iij.ca.ij.vbi agit̄ de illa spē ſbalterna q̄ dicit falsa excusatio. ¶ Dictis ibidē tria sunt hic ipēalit̄ adijcienda q̄ magnū esse periculū peccandi consuetudinē manifeste ostendūt. ¶ Primū est q⁹ cōsuetudo peccandi excecat hoiem z non sinit eum videre q⁹ peccatū suū malum est. Vnde Aug⁹ in suo

encheridion. Peccata inqt magna ꝛ horrenda cū in consuetudinē venerint, aut parua esse aut nulla credūtur, vsq; adeo vt nō solū non occultanda. sed ꝛ ꝓdicanda diffamandaq; videanť. Vñ Aug⁹ in de verbis dñi. sermone. xlv. Quid inqt faciendo qđ malū est. ꝛ etiam mala consuetudine se implicāt ipsa cōsuetudo mala nō eos sinit videre qđ malū est. fūrq; defensores malor factor suorum. Irascūtur cum reprehendūtur intantū vt zodomite quondā dicerent viro iusto loth reprehendēti ne quissimā eor volūtatem. habitare venisti nō legē dare. tanta ibi nephandę turpitudinis cōsuetudo erat vt iam neqcia reputata esset iustitia. ꝛ prohibitor potius reprehenderē q̄ factor. Itez Augustinus in de q̄stionib⁹ veteris ꝛ noue legis. ca. cxiij. Per consuetudinē inqt cepit turpis nō videri qđ turpe erat. Nam cū deboneſtāť aliqui primo erubescūt. postea vero blandiēte cōsuetudine recedit pudor. Hec ille. Item Linco. in quodā sermone qui sic incipit. Matis educatis ꝛ assuefactis. Sicut inquit idolatria a tēpore syrophenis autore ꝛ inuentore idolatrie vsitata est vsq; ad tēpus abrahe qui primo in populo chaldeor docuit vnū dei cognitionem ꝛ culturā a longo vsu reputabať nō solus tolerabilis. sed etiam vtilis. necessaria ꝛ virtuosa. sicut etiam longe assuescētia adoratōnis vitulor aureor quos fecit ꝛ adorari precepit Jeroboam. vt patet. iij. Regum. xij. Fecit populū israheliticū reputare illud non solū licitum sed etiā sanctus et religiosum. sic certe longa assuescentia cū defectu predicatōis verbi dei. ꝛ correctōnis peccati. intantū q̄ iam excecauit vocatos xp̄ianos q̄ horribilia que agūt peccata eis nō esse peccata videnť. quod manifestū est de blasphemosa iuratōne. ꝛ nō mirū qr iudei qui xp̄m crucifixerūt. xp̄m esse deū ignorauerūt. dicente apostolo. j. Cor. ij. Si em cognouissent nunq; deū glorie crucifixissent. sed falsi cristiani ex fide ipm esse deū cognoscūt. ꝛ sibi fidem prestitere. qđ iudei non fecerūt. ꝛ ideo eor in hoc remissius est pctm. Sed nūquid putas hoc pctm vindictam exigere? scriptura dicit q̄ sic. Vñ Eccl. xxiij. Vir multū iurans replebiť iniqtate. ꝛ nō recedet a domo illius plaga. Unde ꝛ cū homicidiū sit vnū de quattuor peccatis. q̄ vt testatur scriptura. vindictam clamāt. qđ mirū. si christicidium vindictam clamet. ꝛ quid mirum si deus vindictā capiat de talib⁹ suis occisorib⁹. nūc cū pestilētia. nūc cū guerris. nūc cū perditōe tēporaliū. ꝛ nūc cū diuersis infirmitatib⁹. exquo q̄si in oīi patria i omni villa in oīi domo regnat peccatū ad ipm clamans vindictā. Sed qñ putas clamat peccatum vindictā ad dñm? Ad hoc respōdit petr⁹ comestor sup illud Gen. xviij. Clamor zodomor ꝛc. peccatū inqt cum clamore est culpa cū libertate. s. q̄ndo qs palam peccat ad libitū suū sine dei timore vel hois cuiuscūq; de lege dei penit⁹ nō curando. Vñ ꝛ de populo sic peccāte deus multotiēs vindictam accepit. vt manifestū est in multis locis sacre scripture. q̄ experiētia docēte iam būt homines libertatem peccādi ꝓpter negligentiā superior ecclesie qui talibus transgressorib⁹ legis nō facīť executionem. Vñ fm legem euāgelicam tales sūt a deo excōmunicati. vt patet supra parte. iij. cap. xvij. ꝛ fm legem canonicā deberent publice denūciari excōmunicati. vt pt̄z. xxij. q. j. si quis. Et fm legē impератoris deberēt occidi. vt patet auctētica vt non luxurenť contra naturam. colla. vj. Et eodem modo pena mortis punirētur hmōi trāsgressores fm legem mosaycā. Unde Leuit. xxiij. Qui blasphemauerit nomen dñi morte moriať. sed mir est q̄ prelati ecclesie q̄ tenenť populū ignorātē ꝛ diabolo excecatū corrigere ꝛ nō faciūt. dei vindictā nō timent. ꝛ quare nō considerāt q̄ sicut legiť Numeri. xxv. populo israelitico peccāte. pncipes populor suspensi sunt in patibulo contra solem. ¶ K

¶ Sup quo Linco. in de oculo morali. valde inqt possunt ꝛ deberent prelati ecclesie timere. audiētes q̄ postq̄ filij israel cū madianitis fornicādo dñm pronocauerūt. iratus dñs dixit ad moysen. Tolle cūctos principes populi ꝛ suspēde eos in patibulis contra solem. vt auertatur furor meus ab illis israel qđem legiť peccasse. q̄ fornicatio principum nusq; exprimiť. ꝛ tamē ad patibulū principes rapi iubentur. ꝛ in eor pena domin⁹ populo delinqnti placatur. eo q̄ ex negligētia prelator sepissime excessus prouenit subditor. Hec Linco. Et ex ist patet q̄ damnabilis est predicta cōsuetudo blasphemosa iurandi per preciosa membra Jesu christi. q̄ propter longam ꝛ diurnam consuetudinē a falsis christianis iam nō reputatur beatus esse peccatū. Nō obstante q̄ sicut testať būs Augustin⁹ sup illud Matth. xxvij. Blasphemauit. non est minus peccatū q̄ iterū crucifigere filium dei. Et ideo merito Nycola⁹ papa. Mala inqt cōsuetudo nō minus q̄ pernitiosa corruptela vitanda est. que nisi citius euellatur in priuilegior ius ab impijs assumiť ꝛ incipiūt prenaricatōnes ꝛ varie presumptiones celerrime nō compresse pro legibus variari ꝛ priuilegior more perpetuo celebrari. Hec nyco. ꝛ ponit in ca. dist. viij. mala. Itē Augustin⁹. Qui inqt contēpta veritate ꝓsumit consuetudinē sequi aut circa fratres inuid⁹ est ꝛ malignus qbus veritas reuelatur. aut circa deū ingratus est inspiratione cui⁹ ecclesia eius instruiť. Nā dñs in euangelio. Ego inqt sum veritas. non dixit. ego sum consuetudo. itaq; veritate manifestata cedit consuetudo veritati. Reuelatōne igiť facta veritatis. cedat consuetudo veritati. qr ꝛ petrus q̄ circūcidebat cessauit paulo veritatem ꝓdicanti. Cum igiť christ⁹ veritas sit. magis veritatem q̄ cōsuetudinem sequi debemus. qr consuetudinez ratio ꝛ veritas sp excedit. Hec Aug⁹. ꝛ ponit in Canone dist. viij. q̄ contempta ¶ Secūdum exq̄ ostenditur peccandi cōsuetudinis periculi magnitudo ē hoc. q̄ peccandi cōsuetudo facit hoiem de minori peccato in maius pctm incidere. Unde exemplū huius habem⁹ Matth. xvj. de petro pre timore nr̄m saluatorē negante. vbi legitur q̄ accessit ad eu vna ancilla dicēs. Et tu cum Iesu galyleo eras. ꝛ ille negauit cōram oīibus astantib⁹ dicens. Nescio quid dicis. ꝛ in hoc graviter peccauit. Accessit a ūt alia ancilla. ꝛ ait ad illos qui erant ibidem. Et hic cum Iesu nazareno erat. Et iterum negauit cum iuramēto. quia nō nouī hoiem. in quo vt constat etiā graui⁹

ꝙ ꝓpheta Malach.iij.cap. Reuertimini ad me ⁊ ego reuertar ad vos dicit dominus exercitu.ꝫ ⁊ dixistis in quo reuertemur. si affliget homo deum qꝛ vos ꝓfligistis me ⁊ dixistis. in quo cõfigimus te in decimis ⁊ in primicijs ⁊ in penuria vos maledicti estis ⁊ vos me fraudatis ⁊ configitis gens tota Super quo Hiero. ⁊ ponit in ca.xvj.q.j.reuertũtur. Hũc inquit sequamur ordinẽ ꝓphete qꝛ mihi non reddidistis decimas ⁊ primicias.idcirco in fama ⁊ penuria maledicti estis ⁊ me vos supplantastis siue fraudati estis.ecce annus cõpletus est. et nihil in meos thesauros. sed in vestra horrea comportastis ⁊ ꝓ decimis ⁊ primicijs q̃ parauerant vt a vobis darent vbertatẽ possessionũ vr̃ax.⁊ omnẽ frugũ abundantiã pdidistis. vt aũt sciatis me hoc irascente esse factum.qꝛ fraudastis me parte mea. horto: vos atq̃ cõmoneo vt inferatis decimas in horrea mea.hoc est in thesauros templi ⁊ habeant sacerdotes ⁊ leuite.q̃ mihi ministrant.⁊ ꝓbate me si nõ tantas pluuias effudero vt cataracte celi aperte esse credant ⁊ effundam benedictionẽ meã vobis vsq̃ ad abundantiã verbum effusionis nomẽ largitatis ostendit si fieri põt vt agros irrigãtibus pluuijs fit q̃dam sterilitas. vex aũt locusta veniat aut bruchus aut erugo aut eruca ⁊ labores hoũ vastabunt. Propterea adiungit⁊ dicit.⁊ increpabo pro vobis deuorãtes locustam videlicet ⁊ reliqua que diximus ⁊ nõ corrumpẽt fructũ terre vestre.ꝫ quãdo fames ⁊ penuria ⁊ omiũ rerũ egestas oppꝛimit mundus sciamus hoc ex dei ira descendere. q̃ se in pauperibus si nõ accipiant elemosinã fraudari.loquit siue cõquerit suas possessiões.hec be.Hiero. ⁊ ponit in ca. vbi supra.vnde Holcot in lectura libri Sapientie.in lectione.ccvj.q̃stione.vj. Fertur inquit ꝙ quadã patria in anglia q̃ Norfolchia nominat cõtingit ꝙ blada in estate creuerãt. Et ecce appropinquãte tẽpore messium venit genus musce in maxima multitudine quo totũ illud bladus pulcerrimũ intantũ cõsumpsit ꝙ vix infra quinq̃ miliaria vnum quaterũ inuenirẽt. homines vero illius patrie quasdam de muscis ceperũt ⁊ diligẽter inspicientes quales erãt. qꝛ nunq̃ prius consimiles viderant. eas inuenerũt litteras habẽtes depictas in alis suis. In vna ala scribebatur ira.⁊ in alia dei vt manifestum esset ꝓpter demerita populi vindictam fuisse. Juxta illud Hiere.xij. Seminauerunt triticum ⁊ messuerũt spinas. hereditatẽ acceperunt ⁊ eis non ꝓderit. cõfundimini a fructibus vestris ꝓpter iram furoris domini. ¶ Secũdo puniunt male decimãtes ꝓ incidentiã in peccatus Vnde legit Geñ.iij.ꝙ abel iustus obtulit deo de primogenitis gregꝫ sui ⁊ de adipib⁹ eoꝝ ⁊ respexit dominus ad abel ⁊ ad munera eius. ad cayn vo ⁊ munera eius non respexit.Et causa fuit.quia cayn de deterioꝛib⁹ ⁊ malis obtulit.abel vo de optimis ⁊ ideo cayn derelictus et maledictus a deo incidit in fratricidium ⁊ damnationẽ eternã.Et ideo merito dicit ꝓpheta Malachie.j.Si offeratis claudũ vel languidũ nõne malum est offer illud duci tuo si placuerit ei.⁊ sequit. Maledictus dolosus q̃ habet in grege suo masculum. ⁊ votum faciens immolat debile dño.Et ideo dr̃ Nume.xviij. Omnia que offertis ex decimis⁊ in donaria domini separabit⁊ optima⁊ electa cuncta q̃ erunt. Jtẽ Nume.xxxv. Noli offerre munera prava.nõ enim suscipiet illa dñs. ¶ Tertio puniunt male decimantes per pditionẽ regni celoꝝ. Vnde Linco.sup euangelia pte .iij.ca.xliij.Hec ẽ inquit rõ quare hõ dat decimas deo ad designandũ ꝙ ꝓ eũ ruine decime partis angelox restaurabit. Et sic nduꝫ est ꝙ gloria illa ad quã quenturus est tenimentũ eius est.Decima vo tanq̃ census est quẽ soluere debem⁹ deo ꝓ illo tenimento quẽ si nõ saluamus ꝓ ppetuo illud tenimentũ amittemus. ¶ Quarto puniunt male decimantes ꝓ electionẽ ad eternũ supplicium. vñ Aug. in sermo.de deci. Attende inquit ꝙ decima creatura inter intellectuales creaturas est hõ.qꝛ angeli in nouẽ ordinibus cõstituunt.decimus aũt ordo est hominũ.⁊ ideo hominis est decimas soluere vt vt ruinã valeat angelox supplere.Et qui non vult debite decimã soluere iustũ est ꝙ iũgat decime pti angelox q̃ ad supplicium ceciderũt. Vñ Aug.⁊ ponit in cano.xvj.quest.j.decime. Hec ẽ inquit iustissima dei ꝓsuetudo. vt si tu illi decimã non dederis tu ad decimã reuocer̃is.i. ad numerũ decimox associeris q̃ fuerunt decima ꝓs angelox.ꝫ apostatãtes ad supplicium ceciderunt eternũ. hec ille. ¶ Sexta causa quare decime sunt fideliter persoluende est.qꝛ decimas fideliter ꝓsoluere nolẽtes raptores ⁊ homicide dicunt. vñ Aug.⁊ ponit in ca.xvj.q.j. decime. Decime inquit ex debito requirunt.⁊ qui eas dare noluerit res alienas inuadit.⁊ quãti pauperes i locis suis vbi ipse habitat illo decimas nõ dante fame mortui fuerint tantox homicidioꝝ reus ante regis siue iudicis tribunal apparebit. q̃rem a deo pauperib⁹ delegatã suis vsibus reseruauit. ¶ Et est insup notandũ ꝙ duo sunt genera decimarꝝ.s.predialeꝫ ⁊ ꝓsonales. Prediales sunt decime q̃ predia ꝓducunt. vt fructus arboꝝ ⁊ herbarũ ⁊ hoc immediate.mediate vo vt lana lac mel atq̃ similia ⁊ fetus animaliũ q̃ in aliquo certo solo ꝓducunt.Certũ est em̃ ꝙ decime animaliũ cõputande sunt inter decimas reales.i.prediales ⁊ non inter decimas personales. ⁊ ideo in quacũq̃ parrochia pascunt ꝓtinue alia ibi decime sunt ꝓsoluende.⁊ si ꝙ medietatẽ anni fuerint anialia in parrochia vn⁹ eccl̃ie.⁊ ꝙ medietatẽ anni in parrochia alterius eccl̃ie equum est vt inter illas ecclesias diuidant.⁊ eodẽ modo si ꝓtinue faceant in vna parrochia.⁊ pascant in alia.tñ ꝑm Raymundũ in talibus standũ est ꝑm ꝓsuetudinẽ loci.Decime vo ꝓsonales sunt ille q̃ ꝓsonam ꝓcernũt.vt de stipẽdijs de lucris.de mercatura.de milicia ⁊ similib⁹. Deme aũt prediales illius eccl̃ie debẽtur rectori siue curato.in cuius parrochia ipsa predia ꝓstituũtur. Personales vo decime illi debẽtur a q̃ ipsa ꝓsona immediate spũali pabulo pascẽda est cuius omnes ꝓsone sunt q̃ ꝓ annũ domiciliũ habuerunt vel pro maiori parte anni in alicuius parrochia.sicut mercẽnarij vel scolares vel alij quicũq̃ domicilium habẽtes vel ibidẽ cõducẽtes ꝛc. ¶ Etum ad scõm principaliter intentum siue tactum circa gratiarũactiones.s. de quib⁹ materia reddẽdi deo gratiarũactiones est sumenda. Est notandum ꝙ

materiam deo regratiandi sumere debemus de diuinis beneficijs que sunt potissime sex.s. beneficiū creationis. beneficiū redēptionis. beneficiū expectationis. beneficiū iustificationis. beneficiū cōseruationis ⁊ beneficiū premiatiōis. De būficio creationis būs Bern̄. in quodā ꝓmone. Considera inquit de beneficio creationis q̄ deus creauit te sine cōmodo tuo. vñ ps. Bonoꝝ meoꝝ nō indiges. ac etiā sine merito tuo. qz nihil ante ꝓmeruit hō qui penitus nihil fuit. cogita qualē te fecit. ꝯm corpus egregiā creaturā. ꝯm vo aiam magis egregiā. vtpote ymaginē creatoris insignē. rōnis participē. beatitudinis sempiterne capacem. Considera etiā qualem tibi dedit dñationis potestatē dicens Gen̄. j. Dñamini piscibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuersis animātibus q̄ mouent sup terraz. Considera etiam largitatis administrationē. quāta scz tibi largitus est ad sustentationē quāta ad eruditionē. quāta ad ꝓsolationē. quanta ad correptionē ⁊ quāta ad delectationē. Vnde parī. in de virtutib⁹ parte tertia. tractatu de iusticia. ca. xviij. Oēs inquit creature visibiles nos inuitant ad gratiarūactōes reddendū deo. Nam beneficiū datum alicui inuitat eum vt danti gratias agat igit cum omnia q̄ videmus homini data. homini data fuerunt. ꝯm illud Gen̄. j. Faciamus hoiem ad ymaginē ⁊ similitudinē nostram vt ꝓsit piscibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuersis bestijs terre vniuersecq̄ creature. Oīa igit que videmus ad gratiarūactiones nos inuitant. hec ille. ¶ Scdo materiā accipe debemus deo ad regratiandū de būficio redemptionis. de quo Bern̄. in quodā sermone. O inquit bone Jesu quid tibi ⁊ morti nos debuim⁹ ⁊ tu soluis Nos peccauimus ⁊ tu luis. opus sine exēplo. gratia sine merito. charitas sine modo. ¶ Tertio materiam regratiandi deo sumere debemus de beneficio expectatōnis quo nos peccantes expectat ad pniam. De quo Ysa. lij. Expectat dñs vt misereat nostri. Vñ magnā materiā reddendo deo gratiaꝝ actiones sumere debet peccator ꝓsiderādo q̄ quotiens in pctō mortali existit ⁊ quotiens mortaliter deum peccando offendit. totiens est vita indignus quia totiēs est vite auctor ingratus. ⁊ totiens est in statu dānationis eterne. de qua dānatione ex sola dei miscōia retardat et ad pniam expectat. Vnde Treñ. iij. Miscōia dñi est q̄ nō sumus ꝓsumpti vñ facit misericors deus cū peccatorib⁹ sicut ꝓuenit cuz illis quos rebelles inuenit ille nobilis rex alexander. De quo dictū ē supra. pte. v. ca. xj. vbi agit de dilatione ꝓuersionis. ¶ Quarto materiā regratiandi deo sumere debemus de beneficio iustificationis. vnde si qs legis trāsgressor adductus suspēdio ⁊ fune iam applicato ad collum vel si mutilādus membrū extulerit icui lictoris. nonne si tunc talis ab aliquo liberaret. maximas sibi obligaret reddere gratiarūactiones. Spūaliter quilibz mortaliter peccans ꝓ transgressione legis diuine funē habet in collo eius. Vñ ps. Funes pctōꝝ circumplexe sunt me. Cuz qua fune nisi adiutus fuerit a deo dyabolus eū in patibulo inferni ꝓ eterno suspendet. Hui⁹ igit liberatiōis beneficiū sempiternū exigit amoreꝝ et gratiarūactionē. Cassiodorus em̄ dicit elephantē ingēnio boīs illo mō posse capi. cū em̄ arbori semi scisse se appodiauerit ⁊ arbori fracta ceciderit q̄ se surgere nequit. ꝯ būano auxilio surgit cuius ⁊ arte ceciderit. bestia ista suis gressibus restituta memor est beneficij ⁊ auxiliatorem suū in magꝝm recipit. quē sibi beneficiū fecisse cognoscit. ⁊ deinde ad illius arbitriū gressus mouet. ad illius voluntatē cibos capit ⁊ p̄ totā vitā suā sibi humiliter obedit. qz se ipsius causa viuere posse putat. Et si bestia rōnem nō habens tantas liberatori gras agens est q̄ se lapsuz ad gressum reducit. quāto magis hō gras referre tenet deo q̄ ipm pluries lapsum de piculo voraginis inferni pluries liberauit. Itē Ysiō. xij. et himoī. Nihil inqt sagacius canib⁹. plus em̄ sensus ceteris aialibus habēt. naz sua noia recognoscūt dños suos diligūt ⁊ dñoꝝ tecta defendunt ꝓ dñis suis se morti tradunt sine obijciunt volūtarie cum dño suo ad predā currūt. corpus dñi sui etiam mortui custodiūt et nō relinquunt. hec ille. Et ideo merito Ambro. in suo exameron. Quis igit inqt nō erubescat gratiarūactionē de se bene merētibus nō referre cuz videat etiā bestias refugere crimē ingratitudinis ⁊ illi illis impartire alimonie seruāt memoriā. tu vo nō seruas memoriā salutis accepte. Ideo nō sic charissimi ꝯ quādo a dño deo de aliquo piculo liberamur quādo ab aliquo dolore saluamur sine infirmitatis siue vulneris sine de q̄libet necessitate corpis vel anie adiuuemur. nō efficiamur ingrati. nō relinq̄mus liberatorē nr̄m. ꝯ alacriter gr̄arūactiones et reddamus. ꝯ et munera ꝯm subam nr̄am ad honorificādum eū exhibeamus. qz nō est dign⁹ dandis q̄ nō reddit gras de datis. ¶ Quinto materiā regratiādi deo sumere debemus de būficio ꝓseruatiōis taz in esse nature q̄ in esse gre. vñ Aug. in li. de sancta virginitate. Oīa inqt pcā sic habēda sunt tanq̄ dimittanť a q̄bus deus custodit ne cōmittanť. Et sequit. Quisqs ab initio pudic⁹ pmanet a deo regit. ⁊ quisqs ab impudico pudicus factus ē in deo corrigit. ⁊ quisqs em̄ in fune. i. impudicus ē a deo deserit. Et ideo sancti viri nō soluz de sibi dimissis gratias agūt deo. ꝯ etiā de his a q̄bus sunt p̄ suum adiutoriū preseruati. ¶ Sexto em̄ materiā deo regratiandi sumere debemus de būficio pmiationis cōsiderādo q̄ deus talia prepauit suis electis q̄lia oculus nō vidit nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit q̄ prepauit deus bis q̄ diligūt illū. vt dicit apls. ꝑme ad Cor. ij. Quā materiā vide ꝑ. declaratam. pte. iij. cap̄. xxxij. vbi agit de tertio pūgitivo cohortāte ad orandū. ¶ Circa tertio principaliter tacto circa gr̄atiarūactiones. scz qualiter gratiarū actio est explenda. est notandū q̄ gratiarūactio debet habere quattuor ꝓditiones ad hoc q̄ mō debito pficiat. videlicet magnanimitatē assiduitatem. vniuersalitatē ⁊ hilaritatē. ¶ Primo igit debet habere magnanimitatē. cuius rō est. qz hō plus accipit a deo q̄ aliq̄ alia creatura. ⁊ tō debet ei magis magnifice gras agere. vñ sicut nā lucis talis est q̄ vbi plures radij ad aliq̄ corpus solidū dirigunť. ibi maior ē reflectio ⁊ maior spēdoris multiplicatio Vñ iuxta terram maior est calor q̄ in medio interstitio aeris ꝓpter maiorem ⁊ densiorem radiorum

solarium multiplicationē. Sic moraliter esse debet quo nanq; homo plures diuinor̄ būficior̄ radios recipit eo p gratiarūactiōes plures radios in deum reflectere quenit. vñ secūdi Machabeor̄.j. De magnis piculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipsi. ¶ Scōo gratiarūactio debet habe assiduitatē. vñ ap'lus pme Thessalonicēn. primo. gratias agimus deo semp. z hec est rō quare oīs canonicas horas p deo gratias terminamus. in signum q̄ oīa opa nostra in eius debent gratiarūactione finiri. vñ ap'lus ad Colossenses.iij. Oīne qd̄cunq; facitis in verbo aut in ope oīa in domini nostri Jesu xpi. facite gratias agentes deo patri. Vnde vt dicit btūs Grego. Dignū est semp gras agere deo qui nunq; cessat benefacere nisi malicia hominū phibeat. qd̄cunq; igit opus inchoaueris primo inuoca deū. z nō desinas gratias agere cuz pfeceris illud ꝛc. Jte Bern̄. z ponit in flora. Barthol'. titulo de gratiarūactione. Reddamus inquit deo nostro gras de bonis q̄ agimus. eiq; cuz ysaia ꝓpheta dicamus suppliciter. oīa opa nostra operatus es in nobis domine deus noster. Malignitas em̄ est de beneficijs gratias nō agere. multos quidē videmus q̄ qd̄ sibi deesse cognouerint oportune petunt. z paucos ad moduz nouimus q̄ sup acceptis beneficijs dignas videant agere gratiarū actiones. Felix ꝓinde est qui etiā p minimis deo refert gratias debitas. quia gratiarūactōnē magis q̄ dationē a nobis exigit dñs deus dator oīm gratiarum. Vnde refert sanctus Lucas euāgelista de decem leprosis qui iubente domino vt se offerrēt sacerdotibus. dum irent mūdati sunt. Vnus aūt ex illis vt vidit q̄ mūdatus est. reuersus est cū magna voce magnificās deum. z cecidit in faciē suam ante pedes domini gratias agens. Respondit aūt Jesus dicens. Nōne decē mundati sunt. z vbi nouem. non est inuētus qui rediret z daret gloriā deo nisi hic alienigena. Et ideo btūs Bern̄. sup Cantica sermone. lj. Disce igit in referēdo inquit deo gratias agere vt nulla videlicet dei dona debit gratiarumactione frustrenē. nō grandia. non mediocria non pusilla. sicq; fiat vt nunq; tibi desit gratia dei. Nam vt dicit Cassiodorus sup illud psalmi. Misericordia tua ante oculos meos q̄ meliora merek recipere qui collata bona de corde ꝓbāt non emittere. hec ille. ¶ Tertio gratiarūactio debet habere vniuersalitatē. vt p oīnibus non solum p placentibus z ꝓsperis. sed etiam p aduersis gratiarumactiones reddanē. Vnde ad Ephe. v. Gratias agētes deo p oīnibus. Irestotiles em̄. j. politicor̄ ꝓpe finē dicit. q̄ Plato certas leges ordinauit. q̄ ciues se exercitarēt p vsum z studiū vt fierēt ambidextri z vtraq; manus fieret eis vtilis z apta ad bellandū Isto modo moraliter nos exercere debem⁹ vt ambidextri fiamus. vt videlicet nō solum in tpe ꝓsperitatis. sed etiam tēpore aduersitatis cōtra fortunā pugnare. z deo semp regratiari sciamus z in aduersis. Dicit aūt Galienus q̄ mulier vtraq; dexteras habens fieri non pōt. sed vir quādoq; vtraq; manu pro dextera vtit. Sic moraliter effeminati vtranq; fortunā equanimiter sustinere nō possunt. sed tantum vti sciunt ꝓsperitate quantū semp optant habere. sed p oppositū virt sancti oīm fortuna bene vtunt ad honorē dei z victoriam spūalem. Talis fuit ap'lus qui dicebat. ij. ad Cor. ij. Deo aūt gras qui sp triūphat nos in xpo Jesu. ¶ Quarto grarūactio debet hīe hilaritatē siue iocūditatē vt fiat nō ex tristicia aut ex necessitate. In cui⁹ rei exēplū z figuram legit Neemie. xij. q̄ iudei in edificatiōe muri hierusalem requisierūt leuitas de oibus locis suis vt adducerēt eos in hierusalē z facerēt dedicationē in letitia z gratiarūactione. z in cantico. z in cymbalis. z in psalteriis z in cytharis. z gratiarumactio taliter cum letitia pacta bene placet deo Vnde solimus in de mirabilibus mūdi dicit q̄ in alesina regione est fons quietus semp z nunq; manans nisi ad cantū vel ad cytharam siue ad tybiā. sed statim ꝙ ad sonum melodie tumescit z aluum suum excedit. De quo fonte dicit psalmista. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū. Spūaliter fons omnis bonitatis deus est. hic ꝙ ad letam gratiarumactionē statim exuberat z beneficior̄ suorum aquas inundat. Sed p oppositū beneficia sua subtrahit ab illo qui gratiarūactiones sibi letifice nō reddit. In cuius rei figurā legit Jone quarto q̄ ionas a ninive ciuitate exiēs. ascēdit ad quēdaz mōtem. in quo fecit sibi vmbraculū vt pregeret seipm a solis ardore. z preparauit dñs ederam. z ascēdit sup caput eius vt esset vmbraculum sup caput ei⁹. ꝓtegeretq; eū ne ardor solis ei nocumētū inferret. qd̄ cum Jonas vidisset gauisus ē gaudio magno nō debito modo reddens deo gratiarūactiones. sed placuit se z obdormiuit in vmbra edere. z iō eo dormiēte dñs parauit vermem z percussit ederaz z exaruit. Cumq; euigilasset Jonas etiā ꝓspexit ederam destructā. et sentiēs solis ardorē siue calorē nimie vrētem. perijt anie sue vt moreret. Moraliter ninive natiuitas interpret. Jonas ꝙ dolens interpret z etiam Jonas exiēs de ninive significat homines in sua natiuitate nudum z pauperē cū dolore a lachrymis exeuntes de ventre matris sue. Mons in quē Jonas ascēdit significat altū statū dignitatis z honoris mundani. ad quē montē quasi oēs homines appetunt ascendere tam ꝓpales q̄ etiā spūales. qd̄ tamē valde piculosum est. q̄ sicut q̄ transit p viam montuosam ex modico lapsu imminet magnū periculum. sic vt dicit btūs Greg. In quāto gradus altior in tanto lapsus grauior. Et ratio Bromyor de in libro suo de iure canonico z ciuili. Licet inq̄t status honoris sit status licitus z meritorius bñ se habētibus. tñ ꝓpter piculum sibi annexum fugiēdus est vel inuite recipiēdus. Verūtamē sicut dicit Holcot in lectura libri Sapiētie lectiōe. lxj. De multis ambitiosis ē sicut de lepore. nā sicut lepus libentius z velocius currit extra montē ascēdendo q̄ de monte in vallē descendēdo. Et causa ē. q̄ crura anteriora sunt breuiora q̄ posteriora. Sic superbi certe ad statū dignitatis z honoris multo libentius z cū velociori desiderio ascēdunt q̄ descēdūt ad vallē humilitatis. Et cā est. q̄ sicut lepus crura anteriora breuiora q̄ posteriora possidet. Spūaliter pure affectiōes hominis ad deū sunt ei quasi crura anteriora affectiōes ꝙ ad mūdū sunt ei q̄si crura posteriora. Et q̄ superbi breuiores affectiones

habent ad deum q̄ ad mundū. ideo velocius currunt ad montē supbie z ad statum dignitatis z honoris q̄ ad vallem humilitatis. vñ ps. Supbia eorum q̄ te oderunt ascendit semp. Per ederam que crescebat in mōte de qua vehemēter gaudebat Jonas. z in cuius vmbra placuit se z obdormiuit. significat ꝓsperitas z honor mūdanus q̄ consistit in aliis statibus huius mūdi. quē cum adeptus fuerit aliquis hō supbus gaudet et letat acsi illa ꝓsperitas secum ineternū duraret. z sicut Jonas sic tales supbi non reddūt deo gratias de sua ꝓsperitate et de statu honoris in quo ponunt. ꝫ ꝓiciunt se q̄si obstinati in vicijs z voluptatibus dormiētes. De cuius dormitiōis causa dictū est supra parte q̄nta cap̄. ix. de somnolentia circa mediū. Et sicut Jona dormiente venit vermis et destruxit ederam quaz destructā z sentiēs solis colorē nimie vrentē petijt anime sue vt moreret. Sic talib⁹ supbis in suis voluptatib⁹ dormiētibus z peccatis anteq̄ sciuerint veniet vermis mortis. z totū ederam mūdane ꝓsperitatis aufert ab eis. et tunc supueniens ardor ignis infernalis eos in capite. i. in anima pcutit siue cōburendo. Vnde z tunc sicut Jonas videns ederam suam esse destructā z sentiēs vehemētem solis ardorē petijt anie sue vt moreret. Sic z tales voluptuosi supbi videtes ab eis ablatā ederā mūdane ꝓsperitatis. z sentiētes ardorē ignis infernalis. put ꝓicit Apoc. ix. Querent mortem z nō inuenient. desiderabunt mori. z mors fugiet ab eis. Unde z tunc merito dicere pñt illud Sap. v. cap̄. Quid nobis ꝓfuit supbia. aut diuitiarū iactantia quid ꝓtulit nobis. transierūt oia illa velut vmbra.

¶ Sextus gradus ꝓncipalis ingratitudinis pti nens ad primā spēm supbie omniūq̄ grauissimus est. beneficiū acceptū nullaten⁹ recognoscere. sed aut p supbiam vl oblitionē seu quouismodo alio penitus abnegare. Unde de ista ingratitudine impioz cōquerit dñs p ꝓphetam psal. lxxvij. dicens. Obliti sunt benefactoz eius. z mirabiliū eius que ostendit eis. Item Osee. xiij. ca. Adimpleti sunt z saturati sunt z leuauerūt cor suū z obliti sunt mei. Itē Hiere. ij. Populus meus oblitus ē mei diebus multis z innumeris. Et iste tertius gradus hz aliū gradū ingratitudinis sibi annexū. puta cum quis beneficiū reputat maleficiū. ꝫ quoslibz tales maledicit dñs p ꝓphetaz Ysa. v. ca. Ve qui dicitis malum bonū. z bonū malū. De ista em̄ ingratitudine loquit doctor de media villa sup. iij. sentētiaz in ꝓsona xpi pendentis in cruce sic pctōrē ingratū alloquēs. Vide inquit hō q̄ p te patior vide si est dolor sicut dolor quo p te crucior. ad te clamo q̄ p te morior. vide clauos q̄bus ꝓfodior z cū sit dolor tantus exterior. intus tam longe grauior ad te tam ingratum expior. Vñ z de ista ingratitudine doctor q̄dam dicit. z ponit in flora. Bartho. titulo. de ingratitudine. Licet inquit xpi passio et pciosi sanguinis eius iniusta effusio. sufficiens z copiosa esset redēptio p vniuerso mūdo. maior tamē pars hoim damnabit ꝓpter eoz ingratitudinē z infidelitatē. Ingratitudinē dicit quo ad iniqs xpianos infidelitatē vo q̄ ad oēs incredulos. Et ideo merito de ista ingitudine loquit btūs Herū. sup Cant. sermone. v. Ingratitudo inqt inimica est anie exinanitio debitoz. vnuz diſpsio. bñficioz pditio. rēdens vrens z desiccans fontē pietatis rorem misericordie z fluenta gre. Vix in iferno inuenit supplicium q̄ puniat ingratitudinis vicium z nimiz. nam vt dicit be. Bern. sup cātica Fmone. liij. nihil ita displicet deo ꝓsertim in filijs gre sicut ingratitudo Unde magnitudo gratitudinis dei dando pctōri penitēti veniā z grām. z suo pciosissimo sanguine redimēdo eū de manib⁹ demonū et a debito pene mortis ēne aggranat pctm̄ sue ingratitudinis cū mortaliter peccat malum p bono deo reddit. Qō ex hoc ptz q̄ cuz p remissione pene debite mortis. obligaret hō remittēti vel liberanti durante tpe vite sue. etiaz z si mille annis viuere posset. qō ptz ex hoc q̄ p ꝓtinuatōne vite sue tpalis z mortis euasione tpalis tanto tpe seruiret volūtarie a morte tali se liberāti. cū aliter mortē euadere non posset. A multo igit fortiori p euasione mortis eterne incorporaliter grauioris. de qua xp̄us p suā dolorosam passionē hoiem liberauit tenet̄ ꝫ durante vita sua sua obedienter deo seruire qō nisi fecerit ingratus dānabiliter cōprobat. Cuius ingratitudinis figuram habem⁹. j. Reg. xxiij. ca. vbi legit q̄ cū dauid liberasset viros ceyle de manu philistinoz. z moraretur in ceyla. dixit dñs ad dauid q̄ traderēt eū viri ceyle. quoz ingratitudinē cernēs Dauid ꝓinus ab eis recessit. Spūaliter dauid manu fortis interpretat. z signat xp̄m. de cuius fortitudine dī Job. xiij. ca. Si fortitudo querit robustissim⁹ est. Philistei cadētes interptant. z malignos spūs q̄ de celo ceciderūt signāt. Ceyla suscitans eā interptat. z p viros ceyle intelligunt penitētes q̄s deus suscitauit a morte peccati. z a periculo eterne dānationis desideras cū illis in ciuitate suaz aiaz manere. sed multi ingratissimi miseri similes viris ceyle nolētes tentationib⁹ dyaboli resistere. ꝫ expulso xpo ciuitatem mentis sue voluntarie tradunt inimicis. z quantū in se ē similes ingratissimo iude traditori iterū tradūt xp̄m ad crucifigendū. dicēte apl̄o. ad Hebreos. vj. ca. Rursuz crucifigētes in semetipis filium dei. De predicto em̄ triplici gradu ingratitudinis Seneca in libro suo. de beneficijs. Ingratus inquit est q̄ nō reddit ingratior q̄ dissimulat. ꝫ ingratissimus omniū qui beneficiū nō recolit sed omnino oblinisci. Hoc igit vicium ingratitudinis auerte a nobis xp̄e Jesu. qui nobis gratitudinem maximam misericorditer ostendisti. Amen.

Capitulum V

Secunda species superbie est. cū quis bonū q̄ habet sibi datuz desup credit. sed tñ hoc se accepisse. p suis meritis estimat. ¶ Ad cuius vicij detestationē tria specialiter sunt ꝓsideranda. ¶ Primū est q̄ ex hoc sequit ꝓtradictio manifesta. Et hoc probat apl̄s Roma. xj. dicēs. Si aūt gra iam nō ex operibus supple dat homini. alioqn̄ gratia nō ē gratia. quasi diceret. Quia q̄ dat alicui p suis operibus meritoriis debituz esse videt z nō gratuitū. z sic q̄ hoc vicio laborat deum liberalissimū largitorem sue gratie facit venditorem. dum ea que deus ei li-

bere dat credit se suis meritis emere et p cõsequẽs blasphemando deũz simoniacũ. qz venditorẽ sue gratie reputat. ¶ Secundũ militans ad hui⁹ vicij detestationẽ est hoc q viciũ illud obstruit homini fontẽ miscõie. Nam si illi q̃ laborant hoc vicio petunt aliquid a dño sibi misericorditer condonari. merito põt illis dñs respondere. Jte ad vendẽtes et emite vobis. sicut dixerũt virgines prudẽtes virginibus fatuis Math. xv. cc. ¶ Tertium militans ad detestationẽ hui⁹ vicij est magna fatuitas que cõcomitat hoc vicium. q̃ fatuitas quadruplici ostenditur rõne. ¶ Primo. qz quantũcunq; tenet homo ipe tũ nõ sufficit soluere deo qõ ei debuit. vñ Bern. in libro de diligẽdo deũ. Si totũ inquit me debeo p me facto quid addam p me facto et refacto. Nec em̃ tam facile refactus sum sicut factus. siquidem non solum de me. ꝫ etiam de quocũq; quod factũ est. quod scriptũ est. dixit et facta sunt oĩa. At vo in reficiendo et dixit multa. et gessit mira. et pertulit dura. et non tantũ dura. sed etiam indigna. In primo opere me dedit. in scõo se. et vbi se dedit me nihi reddidit. Datus igit et redditus me p me debeo et bis me debeo. Sed quid deo retribuã p se. nam et si me millesies rependere possem. quid sum ego ad dominũ. hec Bern. Item Johãnes episcopus in quodam sermone. et ponit Horacio Barthol. in titulo de gratiarũactiõe. Ceuera inquit si humana conditio creatori et redẽptori suo quid debeat noscat. atq; eius beneficiorũ innumerã multitudinez momentis oĩbus diligẽter retractãdo intelligat inueniret sue seruitutis obsequia ꝓinnis laudib⁹ et iugi gratiarũactione equari nõ posse. neq; enim beneficia a domino nostro prestita nobis atq; collata. vel modũ poterunt habere vel numerũ. certe nec terminũ. quippe cum nec sensus ad inuestigãdum sufficiat. nec sciẽtia suppetat ad laudandum. immẽsitas em̃ beneficiorũ superat cogitatiões sensuum. et innumera multitudo bonorũ vicit voluntatem verborũ. nec etiã si totius vite nostre tẽpus oris obsequia occupent laudẽ. teneant etiaz si gratiarũactionibus insistant. poterimus recompẽsare quod debemus. Et ideo merito dicit Job. ix. c. Si quis voluerit ꝓtendere cum deo. nõ poterit respondere vnũ p mille. Qõ ꝓsiderans brũs Bern. D inquit si cognouisses q̃ multa debeas deo. videres q nihil est qõ facis. nam primo debes christo totã vitam tuã. quia ipse p vita tua posuit vitã suam. Secũdo exigunt ꝑterita tua peccata futurã vitam tuam vt facias dignos fructus penitentie. et recogites oĩes annos tuos in amaritudine anime tue. Tertio forte desideras habere gloriã illam in qua tot sunt bona q testante apostolo. Oculus non vidit nec auris audiuit. nec in cor hoĩis ascẽdit que preparauit deus diligẽtibus se. Nonne ad hanc gloriam captandã te et quecũq; poteris dare oportebat. et cum oĩa compleueris teste beato Bernardo. non sunt talia merita nostra vt p illis gloria eterna debeat ex iure. vt de⁹ iniuriã faceret nisi eam nobis donaret. In cuius ꝓfirmatione dicit apostolus ad Roma. viij. Nõ sunt ꝓdigne passiones huius temporis ad futuram gloriã que revelabitur in nobis. quantũ debes deo totuz quod es vt totum quod habes q̃ te fecit et bene fecit. et cũcta q̃ habes tibi ministrauit. Sed cui hoc debitorẽ que debes reddere ꝓponis siue sufficis. quãta igit fatuitas ẽ q homo credat p meritis suis bona sua habere. cum hõ non sufficiat soluere deo qõ debet solutio em̃ debiti recipientẽ nõ obligat sed debitorem absolut. Quod ꝓsiderans ꝓpheta. Quid inquit retribuã dño p omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiã. i. fructuose pniam accipiam. et fm posse meũ debitũ meum soluam. et de residuo qõ soluere nõ sufficio nomẽ domini inuocabo. i. eius miscõissimam clementiaz delicti mei dimissione postulabo. dicẽdo sicut ipsemet docuit me. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitorib⁹ nostris. nam miscõia eius plus dimittit q̃ postulat. sicut legit Matth. xviij. Seruus q̃ debebat dño suo decẽ mila talẽta petijt debiti sui dilatione et accepit sub tacita ꝓditõe adiecta totius debiti dimissionẽ. nam dñs dimisit debitum seruo suo sub ꝓditione licet non exꝑssa. q ipse deberet simili modo misericordit debitũ sui cõserui dimittere. qõ ptz ex illo qõ sequit. Nõne oportuit te miseri conseruo tuo sicut et ego tui misertus sum quasi diceret. nõne sub tali ꝓditione dimisi tibi debitũ tuũ. vñ Math. vj. talis ꝓditio est exꝑssa vbi dicit. Si dimiseritis hoibus pcã eorum. dimittet et vobis pater vester celestis peccata vestra. si aũt nõ dimiseritis. nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Jtem Luc. xxij. latro pendẽs in cruce cũ xpo orauit dicens. Memẽto mei dum veneris in regnum tuũ. Sup quo Augusti. Considerabat inquit facinora sua. et p magnis habebit vt saltez in fine sibi parceret. Dominus aũt ꝓtinuo dixit sibi. Amen dico tibi. Hodie mecũ eris in paradiso. Ecce inquit beatus Augu. Misericordia obtulit qõ misera miseria distulit. hec ille. ¶ Secundo patet fatuitas illius q̃ sibi data a deo credit p suis meritis se habere. et ex hoc q bñ opando facit ipse suã ꝓpriam vtilitatẽ et nõ vtilitatẽ dei. Deus enim bonorũ nostrorũ nõ eget. vnde Luc. xvj. Cum feceritis oĩa q̃ vobis ꝑcepta sunt. dicite serui inutiles sumus. qõ debuimus facere fecimus. In quo verbo innuũt due supradicte rõnes. s. q bene operando debitum. qõ debemus soluimus et q deo serui inutiles sumus. et ideo timere debem⁹ q̃si serui inutiles deo illã sententiã Math. xxv. Inutilẽ seruũ ejcite in tenebras exteriores. qõ em̃ debet homini ex hoc q ꝓpriam vtilitatẽ facit. ¶ Tertio ptz predicta fatuitas ex hoc q hõ nihil dat deo nisi ꝑ̃ deus hoc dederit illi. vñ dñs Job. xlj. Quis aũt dedit mihi vt reddã ei. oĩa q̃ sub celo sunt mea sũt. Jtem Ysa. xxvj. Oĩa opa nostra opatus es in nobis dñe. Jtem beatus Augusti. Dñe semp erogat tibi vt debeas. et quis habet quicq; nisi tuũ. reddis debita nulli debẽs. donas debita nihil pdens. hec ille. ¶ Quarto ptz ꝓdicta fatuitas. ex hoc q que in oculis nostris videnť merita. frequenter in oculis dei sunt demerita. vñ Job. iiij. Ecce q̃ seruiũt ei nõ sunt stabiles et in angelis suis repperit prauitatem quanto magis hi qui habitant domos luteas que terrenũ habent fundamentuz. tamen consumentť velut a tinea. Jtem Ysa. lxiij. Facti sumus vt im-

mundus oēs nos quasi pannus mēstruate vniuerse iusticie nostre. Item brūs Greg. Sepe iuſt iusticia nostra ad examen iusticie diuine deducta. iniusticia ēt sordet in ꝓspectu iudicis. qō fulget in ꝓspectu opantis. Nemo igit de meritis suis ꝓfidat que in compatione ad sua demerita in ꝓspectu dei valde pauca sunt. vñ Job. ix. Si voluerit ꝙs cum deo ꝓtendere nō poterit rūdere vnū ꝙ mille. nec cū decē milibus possit occurrere ei ꝙ cum viginti milibus venit ad se. Luc. xiiij. Quod ꝓsideras beat⁹ Ansel. Dñe inquit deus rex celoꝝ mūdi redēptor de toto corde ⁊ tota mente ⁊ ex totis viribꝫ meis te adoro te laudo teq; glorifico atq; benedico. tue mi sericordie ⁊ clemētie gratias ⁊ laudes refero. ꝙ magna miscōia tua. quā in me misero ostendisti. non meis meritis quibꝫ nīl nisi suppliciū deberē. ꝙ sola gratuita benignitate ⁊ miseratione atq; clementia ⁊ pietate tua. Dñe ⁊ si tibi possem exhibere quic quid honoris seruitutis ⁊ amoris ois exhibet mūdus exiguum mihi videret ⁊ esset. hec Ansel. ⁊ ponit in flora. Bartho. xiiu. de gratiarūactione ⁊c.

Capitulum VI

De predictaꝫ secundā

Q Aspeciē superbie ptinet arrogantia. Dñ arrogare idem est qō ascribere vel deputare. Et sic arrogantia est interior cordis elatio qua sibi mendaciter aliqs ascribit virtutē ⁊ suppoꝛtationē alioꝝ vnde Holcot in lectu. i. sapiētie. lect. c. Nōnulli inquit cū pauca faciant magna sibi arrogāt. ⁊ facta ꝓpria nō aliter extollūt ꝙs si ꝓ ea ceteri oēs homines suppoꝛtarent. tales em inqt similes sunt babeuuyno depicto vel sculpto in edificio ꝙ collo humeris ⁊ brachijs et facie ꝓminens totā fabricā cum onerosa fatigatiōe se simulat suppoꝛtare. ⁊ tñ fabrica equefoꝛtiter staret si totū illud idoluꝫ deleretur. tales inquit etiā similes sunt cuidā a mente alienato qui semp stans sub diuo. nullo mō voluit domū intrare. nec sedere bibere vel manducare. requisitus añt q̄re ita faceret. respondit ꝙ ipse suppoꝛtabat celum. ⁊ si horā modicā dimisisset celum esset casurum. Itē spūaliter est de nōnullis nimis presumptuosis ꝙ inflati seculari scientia reputant totam ecclesiā sustentare sua sapiētia ⁊ discretione quā se habere simulāt. quoꝝ cuilibet dī Isa. xlvij. Sapiētia ⁊ scientia hec decepit te. Item Ro. i. Obscuratū est insipiēs cor eoꝝ. dicentes em se esse sapiētes stulti facti sunt. Et ideo merito dī Eccle. vj. Non te extollas in cogitatione aie velut thaurus. ne forte elidat virtus tua ꝙ stulticiā. Dñ dicit ꝓphe ta Isa. v. Ve qui sapiētes estis in oculis vestris. ⁊ coram vobismetipsis prudentes. ⁊ ideo Sm psilium ꝓphete Hiere. ix. Non gloriet sapiens in sapiētia sua. ⁊ nō gloriet diues i diuitijs suis. ⁊ nō gl'iet fortis in fortitudine sua. ꝙ in hoc gloriet. qꝫ gloriatur scire ⁊ cognoscere ⁊c.

Capitulum VII

Certia spēs superbie est.

Cum ꝙs iactat se habere bonū qō non habet. hoc est cum quis vbis se extollit ⁊ dicit in cōmēdatiōez suiipsius supra id qō ē in se Sm vitatē vel Sm opinionē. Et differt iactātia ab arrogantia i hoc. ꝙ arrogātia ē in corde tm. iactātia vo in ore. Et ꝓcedit ab arrogātia tanq; causatū a causa. nā ⁊ si nō ꝓcesserit mētis occulta gloriatio. non seqret iactātie apta laudatio. Et est iactātia dicti vl facti exterior pomposa ostentatio ad vane laudis gloriā ꝓsequendā. Et dicit iactantia a iacto vel iacio. qō est ex pte extollere seu longe late ve dispge re. eo ꝙ dispergit exterius ad inanē gloriā. ille quē mens tumet interius p arrogātiaz. magnitudo em huius vicij sextuplici pōt rōne ostendi. Primo quia q̄ hoc vicio laborat p viam humilitatis non ambulat. ⁊ ideo piculose se ꝓcipitat. qō pōt ostēdi p exemplū nature. Sicut em arboꝝ naturaliter altitudinem suā habet a radicis ꝓfunditate. ⁊ ideo si ꝓscindat ⁊ separet a radice statim ꝓcipitat ⁊c. sicut supra pte quarta. ca. xliij. vbi agit de tertio regis pacifici ꝓsilio ⁊c. Secūdo magnitudo hui⁹ peccati patz ex hoc ꝙ vicīū istud destruit bona nature. bona fortune ac etiā bona gratie. Dñ quidaz metricus. Si tibi copia seu sapiētia formaq; detur Sola supbia destruit oīa si comitet. Dñ sicut gallina cū onū posuerit vehementer statissime garrulat. ⁊ ideo onū suū multoties causa clamoris amittit. Sic hō supbus bona sua fortune. nature ⁊ gratie p suam garrulosaz iactantiā frequēter meretur amittere. Dñ de bonis fortune exemplū habet de rege ezechia q̄ suscepti seruis regis babilonici oia bona fortune q̄ erant in domo sua. iactātia ostēdit pomposa. ⁊ iō voce ꝓphetica ꝓtinus sibi dictū audiuit. Ecce dies venīt ⁊ auferent oīa q̄ in domo tua sunt in babilonē ⁊ nō relinquet quicq; dicit dominus. qō ⁊ factū est. vt ptz. iiij. Reg. xx. Et de bonis nature exemplū habem⁹ Dañ. iiij. ō nabucho donosoꝛ rege. qui cum se iactaret de edificatiōe ciuitatis babilonice. ⁊ de sua fortitudine ⁊ decore dicens. Nonne hec est babilon ciuitas magna quaz ego edificaui in domū regni ⁊ in roboꝛe fortitudiniꝫ in gloria decoris mei. Cum igit sermo adhuc esset in oꝛe eius vox de celo ruit. Tibi dī nabucho donosoꝛ rex. Regnū tuū transiet. ⁊ ab hoībus ejicīet te. ⁊ cū bestijs atq; feris erit habitatio tua. Fenum quasi bos comedes. quodꝫ factū est. quia statim Sm omnia membra sua naturalia mutatus est a similitudine sua naturali in similitudinē bouis comedentis fenum. Et q̄tum ad tentum. sez ꝙ bona gratie per iactantiā ostensa perdant saltē q̄tuz ad meritum testatur christus Matth. v. ⁊. vj. ca. dicens. Amen dico vobis quia receperūt mercedem suam. Tertio magnitudo huius vicij ostēditur ex hoc ꝙ qui in hoc vicio laborat penam meretur eternam. dicēte btō Grego. viij. moral. qui fauoꝛe hominū ⁊ laudibus delectat in tempoꝛe retributionis ꝓ delectatione laudis sentētiam accipiet increpationis diuine. ⁊ ꝓ tempali quā percipit gloria. perpetua sustinebit tormenta. Quarto magnitudo huius vicij patet ex magna commendatione virtutis sibi oppositе. vnde Bern. Magna inquit virtus ⁊ rara est aliquē apparere laudabilem ⁊ esse ⁊ premptibilem se putare. Ego enim hoc ceris virtutibus mirabilius iudico. Sed econtra dici potest ꝙ valde magnum vicium est aliquē mi-

serabilē apparere. ⁊ laudabilē esse ⁊ se putare. hoc ēm ceteris vicijs nūerabilius ē iudicandū. hec ille ¶ Quinto magnitudo huius vicij ptz ex hoc q̄ vi cīū istud nō solū q̄dit gratiā receptā q̄tū ad meritū vt dictū est. ꝫ etiā impedimentū ē gratie recipiē de. qō triplici rōne oñdit. ¶ Primo. qz q̄ hoc vicio laborat gratiā dei nō petit cū credat se illā habere. ⁊ qz nō petit nō accepit. vñ Seneca. Ideo inquit mutari nolimus. qz nos optimos credimus. Secūda rō est hec. Scit ēm deus q̄ q̄ in hoc vicio laborat de eius collata gratia sibi esset ingratus. cuz credat ipe eam veraciter habere. ⁊ sic q̄deret deus gratiā suā si ei illā donaret. Unde Bern. Nūquid inq̄t perit qō dat ingrato. q̄si diceret sic. Tercia rō est hec. qz q̄ hoc vicio laborat q̄si plenus est nihilo ⁊ ideo non pōt recipe aliq̄d. Vñ Bernardus. Sicut inq̄t non ē aliq̄d quo se immisceat vanitas vbi totū occupat charitas. ita non ē quo se immisceat veritas qū aliquē totum occupat falsitas ⁊c. Septo magnitudo huius vicij ptz ex magna delusione qua deludit qui hoc vicio laborat. Unde Parisien. Hoc inq̄t vicio laborās deludit eo modo q̄ delusus ē q̄dā rusticus portans agnum venalē ad fo⁊. quem q̄dam leccator videns dixit socijs suis. Vultis agnū istum habere quē rusticus iste portat. Qui dixerunt. Libēter volumus habere illū. Et ille disposuit socios suos p diuersa loca p quos rusticus ille erat transiturus dicens q̄ q̄libet eorū a rustico quereret. an vellet canem suū vendere. ⁊ cum primus illoz hoc a rustico quereret. Respondit rusticus q̄ nō erat canis ꝫ agnus. Et cum alij similiter q̄siuissent. ad vltimū rusticus credidit de agno q̄ esset canis. ⁊ illum a se ꝓiecit. Sic supbus adulatoz cōmendationes audiēs multiplices ad vltimū credit se habere bonū qō certissime in conscientia sua ꝑus se non habere sciebat. Et ideo merito dicit ꝓpheta Ysa. lij. Ppke meus q̄ te beatū dicūt ipi te decipiūt.

Capitulum VIII

De predictam terciaz

Aspectem supbie reducit yronia que opponitur iactantie in hoc q̄ iactans de se fingit frequenter maiora bona q̄ habeat. vtputa cum negat de se aliquid magnū qō tamē ꝓcipit in se esse. vt Socrates q̄ sciens philosophus fuit finxit se ignaz. vel cuz asserit in se vel de se aliquid vtile qō in se non cognoscit. ⁊ aliquando ēm facit vt fingat se ꝛz indirecte p elationem alijs ꝓfectiorem. vt cum quis causa ficte humilitatis dicit se peccassevbi nō peccauit. vel grauius peccasse q̄ sentit seipm peccasse. qō reprobat Aug⁹. dicēs. Cum humilitatis causa mētiris si nō eras peccator añq̄ mentiebar. mentiēdo pctōr efficieris. hec Aug⁹. ⁊ ponit in cano. xxij. q. ij. cū humilitatis causa. Et aliquādo vo aliq̄s minora de se fingit bona vt dolose decipiat. sicut cū aliquis fingit se insipientem. pauperez vel impotentē. vt p hoc cautius suū ꝓximū innocentem decipiat. Unde Crisosto. de ope. imp. omelia xix. Si inq̄t videris infidelē humilem aut māsuetū scito q̄ subdolus ē in corde. Vñ ꝓpha. Mollita sunt sermones eius sup oleū. ⁊ ipi sunt iacula. De quolibet enim tali dicit Ecclesiasticus. ix. Est qui se quiter se humiliat. ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Contingit etiam aliquem de se vilia vel minora bona q̄ in se sentit non mentiēdo. ꝫ veritatem celādo fingere. vt p hoc ipemet vel alius adiutus p eū cautius euadat periculum. ⁊ hoc licitum est etiam viris ꝓfectis. vt exemplū habemus de Jheu ⁊ Dauid. vt dictum est supra p beatū Hieronymū parte. iij. c. vij. vbi agit de mendacio officioso. Contingit etiam q̄nq̄ aliquem p exteriora facta vel p verba ꝓtendere defectū ex interioribus rebus scz invictu vel vestitu. puta p abiectam vestem vel abstinētiam vt simulet se alijs ꝓfectionem habere maiorez scz vt reputet pauꝑ esse spū vel reb⁹ vel magne penitentie. cū tamen talis non sit. De talibus ēm dicit christus Math. vj. Exterminat enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. ⁊ tales ꝓcidunt in hypocrisim. q̄ fingūt se habere sanctitatem quam non habent. ⁊ incidūt in iactantiam eo q̄ ꝓtendūt se habere bonū qō non habent. Sz yronia tamen contrariat iactantie ratōe materie circa quam existit. qz iactans fingit ō se maiora bona q̄ habeat. Sed yronicus fingit de se maiora bona q̄ habeat. vt dictū est. Et est yronia sententia ꝓnunciationi contrariū habens intellectū. vtputa cū aliquis seipm vituꝑet vt p hoc laudabilis intelligat. vel cū dicit homini male agenti qō bonū est qō facit. p hoc innuens q̄ reꝓhensibilis intelligat. Et dicit yronia ab yros. qō est cōtrariū. ⁊ ononia nomē. quasi faciens ꝓnūciationē contrariam intellectui De hac tractat philosophus li. iiij. Ethi. dicens q̄ yronia ⁊ iactantia sunt vicia opposita virtuti veritatis. Iactantia q̄dem p supabūdantiam ⁊ excessuz Sed yronici p defectū ⁊ diminutionem. ⁊ ideo ꝼm eū species est mēdacij qō ꝼm omnes species suas ꝓhibet p illud mandatū decalogi. Non falsum testimoniū dices. p qō ois falsitas ꝓhibet.

Capitulum IX

Quarta species superbie est cum quis despectis ceteris appetit singulariter alijs ꝓcellere ⁊ ꝓferri. ¶

De illis enim q̄ hoc vicio laborant dicit psal. Confundant supbi. qz iniuste iniq̄tatem fecerūt. Iniuste iniq̄tatem faciūt supbi qui eos despiciūt qui secum eūdem patrem ⁊ matrem habuerūt. Sed certe omnes homines ex pte corpis eūdem habēt patrem ⁊ matrē. iuxta illud Job. xvij. Putredini dixi pater meꝰ ⁊ mater mea es. ⁊ sorori mee vermib⁹. Itē ex pte anime omnes hoies habent eūdem patrē. dicēte ꝓpha Malach. ij. Munq̄d nō vnus pat est omniū nostrū. nunquid nō vnus deus creauit nos omnes hoies. Quare igit despicit vnusquisq̄ fratrē suū. Predictis ēm q̄tuor speciebus superbie ꝓpe innuit esse infectos. contra q̄s legit in euangelio Luce. xviij. vbi dicit. Dixit Jesus ad q̄sdaz q̄ in se confidebant ⁊ aspnebant ceteros parabolam istaz. Duo homines ascenderūt in templum vt orarent vnus pharisseus. alter publicanus. Pharisseus aūt stās. supple tāq̄ supbus. ⁊ non se inclinās tāq̄ humilis apud se orans erat. dicens. Gratias tibi ago oñe qz non sum sicut ceteri hominū raptores. in-

iusti.adulteri.velut etiām hic publicanus ieiunās bis in sabbato.decimas do omniuz que possideo ⁊c. Iste enim phariseus non ꝓprie orabat.ꝫ de sua iustitia iactauit alios condemnando.⁊ humiliter orantē in ꝯta se publicanū despiciēdo. ¶ Sed ꝑ declaratiōe ad oñendū q̄liter xp̄s in p̄dictis verbis euāgelicis innuit eos ad q̄s loq̄bat p̄dictis q̄tuor spēbus superbie esse infectos ē notādū q̄ illi in se cōfidūt q̄ sua ꝓpria virtute ⁊ fortitudine putāt se sine dei auxilio esse sufficientes ad malū declinādū ⁊ ad bonū faciendū.qđ ē ꝑma spēs superbie. Itē illi ꝓfidūt in se tanq̄ iusti q̄ se iustos ex opibus suis reputāt.⁊ q̄ illa q̄ sunt eis a deo data ꝑ suis bonis opibus sunt eis data ex iustitia ⁊ nō ex gr̄a.q̄ est scḋa spēs superbie. Itē illi q̄ in se ꝓfidūt tanq̄ iusti.tercia specie superbie innuunt esse infecti.nā iste terminus tanq̄ solā apparētiā iustitie ponit ⁊ nō existētiā.⁊ certe illi q̄ iactāt de suis opibus ꝛz ad extra videant iusti.intus tñ a vera iustitia sūt vacui.⁊ ideo merito cuilibet tali dī Apoc.iij. Dicis q⁊ diues sum ⁊ locupletatus ⁊ nulli⁹ egeo. ⁊ nescis q⁊ tu miser es ⁊ miserabil⁹ ⁊ paup ⁊ cec⁹ ⁊ nudus. Itē illos q̄ in se ꝓfidūt tanq̄ iusti.q̄rta specie superbie eē infectos innuit xp̄s in p̄dictis vbis cū subdit. Et aspnebant ceteros.i.despiciebāt vl̄ detestabant.vñ superbi non solū seipos ꝑsumptuose magnificāt.ꝫ verūetiā alios se meliores detestant. Vñ ꝓuerbio.Detestant stulti eos q̄ fugiunt mala. Et merito pñt tales dici stulti.⁊ hoc pōt mḱtiplici rōe oñdi. ¶ Prio ex hoc q̄ q̄to maior aliq̄s ē in reputatiōe sua ꝓpria.tanto minor ē in reputatiōe diuina. Vñ exemplū huius habemus.j.Regū.xv.ō Saule cui dictū ē.Cū eēs parvulus in oculis tuis caput in tribubus isr̄l factus es.ꝫ ecōtra cū magnus esset in oculis suis despiciēdo Dauid humilē se lōge meliorē electo⁹ erat de regno suo. Itē Johannes baptista reputauit se indignū soluere corrigiā calciamēti xp̄i.vt ptz Johā.j.Et ideo xp̄s magnificauit eū dicēs. Inter natos mulier⁹ nō surrexit maior Iohe baptista.Mathei.xj. Itē Iohes de se dixit.Ego vox clamantis in deserto Johā.j.Ecce xp̄us dixit q̄ ipe fuit ꝓpha ⁊ plus q̄ ꝓpha. Luce.xj. Ecce Iohes humiliauit se.⁊ xp̄s eum magnificauit. Sz ecōtra falsi iudei ⁊ scribe ⁊ pharisei seipos magnificātes xp̄o dixerūt. Filij abrahe sum⁹ ⁊ nemini seruiuim⁹ vnq̄. Johā. viij.ꝫ xp̄s dixit q̄ fuerūt serui pcti.ecce ipi reputauerūt seipos generosos ⁊ honore dignos.⁊ xp̄s reputauit eos nihilo deteriores.cū peccatū qđ nihil est quasi eor erat dñs cui seruiebāt. Sz non est seruus maior dño suo.ꝫ potius inq̄tū hmōi minor. Ex q̄bus manifestū est q̄ q̄ magnus ē in reputatione ꝓpria.parvus ē in reputatōe diuina.⁊ ecōtra. In cuius ꝓfirmatiōez dicit xp̄s Luce.xviij. Omis qui se exaltat humiliabit⁹.⁊ q̄ se humiliat exaltabitur ⁊c. ¶ Scḋo stultitia superbor q̄ seipos sunt magnificātes.⁊ ꝓtenentes alios.patet ex hoc q̄ sicut a natiuitate cecus stultus esset si ꝑsumeret de coloribus iudicare.sic certe stultus est.qui ꝑsumptuose iudicat de bonitate vel electōe suiꝑius.vel ablectione alterius.Qđ q̄dripliciter ostēdi pōt. Primo ex hoc q̄ fundamentū bonitatis electionis siue reprobationis cuiuscūq̄ viatoris intrinsecū est in mēte diuina ⁊ soli deo cognitū.⁊ ideo non pōt ab aliq̄ viatore nisi fuerit sibi reuelatuz diuinitus intueri. Secūdo patet idem ex hoc q̄ xp̄s vbi vult spirat. Johannis.iij.⁊ ideo q̄ nūc malus est q̄si subito in bonū poterit mutari.vt patet Actuū.ix. de Saulo Tercio patet idem ex hoc q̄ malum in p̄destinatis etiam excellētis boni sepius causa fuit.Unde Crisostomus de ope.imp.omelia.j. Iudi inquit quomodo Dauid in nimia iustitia ꝓfidēs dicebat. Domine deus meus si feci istud. ⁊ si est iniq̄tas in manibus meis.Item iniq̄tatez si aspexi in corde meo non exaudiet dñs.ideo dimissus est vt circūueniretur a carne.non vt iniustitia eius ostenderet.sed vt iactātia eius cōpesceret. Hec ille. Itē beatus Augustinus.Audeo inq̄t dicere superbis esse vtile cadere in aliq̄s peccatū manifestū ⁊ apertum vt sibi displiceant.q̄ sibi iam placēdo ceciderant.Salubrius enim sibi Petrus q̄ fleuit displicuit.q̄ placuit q̄ ꝑsumpsit. Hec ille. Quarto patet idem ex hoc q̄ nemo viator de seipo.⁊ a multo fortiori de nullo alio cognoscit vtr odio an amore dignus sit.dicente scriptura Ecclesiastes.ix. Sunt iusti atq̄ sapientes.⁊ opa eor in manu dei sunt.⁊ nemo scit an odiosit amore vel odio.ꝫ omnia seruant in futurum incerta. Et ꝛz homo hodie fm iudiciuz ꝓpriū certus esset de bonitate sua vel de quersitate ꝓprimi.tamen incertus est de se vel de quocūq̄ alio q̄lis futurus est.nam licet aliquis hodie sit homicida.iudeus.paganus.vel saracenus.tñ in p̄scientia dei futurus est coronandus in celo. Item licet aliquis iam quo ad mundum videat sanctus.iustus ⁊ electus.tamen in p̄scientia dei futurus ē in patibulo in inferno suspendendus. Vñ Ecclesiastes.viij. Vide impios sepultos qui etiam cuz adhuc viuerent in loco sancto erant.⁊ laudabant in ciuitate quasi bonor operum.Super quo Parisien. Vidit inquit Salomon spiritu ꝓphetico sepultos in inferno qui in mundo isto sancti credebant. Unde Augustinus.⁊ ponit in cano.xxiij.q.iij.Nabuga.prinenter ad ꝓpositum ita scribit. Vires inquit obedientie non ideo cuiq̄ subtraxit deus. q⁊ enim non p̄destinauit.ꝫ ideo eum non p̄destinauit quia recessurum ꝑm ab ipa obedientia esse p̄uidit. Predestinatio quoq̄ dei semp in bono est.quia peccatum sola hominis voluntate cōmissum.aut remittendum nouit cum laude misericordie aut plectēdum cuz laude iustitie.in malis aūt operibus nostris sola p̄scientia dei intelligenda est.quia sicut p̄sciuit ⁊ p̄destinauit que ipe fecit.⁊ vt faceremus ipse donauit.ita p̄sciuit tñ non etiam predestinauit. que nec fecit nec vt faceremus exegit. Hec autem de quibus dicit.j. Johānis.ij. De vobis exierunt. sed non fuerunt ex vobis.si aūt fuissent ex vobis q̄ mansissent vtiq̄ vobiscum. voluntate exierunt.voluntate ceciderunt. ⁊ quia p̄sciti sunt casuri non sunt predestinati.essent autez predestinati si essent reuersuri. ⁊ in sanctitate ⁊ in veritate mansuri. Ac per hoc predestinatio talis est multis causa standi nemini autem est causa labendi. Non igit necessitatem facit correctionis vel obdurationis diuina predestinatio seu p̄scientia.cum boni ꝑ gratiam corrigantur. ⁊ libero arbitrio mali pereant. Hec

Alioquin qui malus est a deo esset q malus est. z qui bonus esset a deo esset q bonus ē. Nūc autem sic dicit. malus non pōt facere bonos fructus. i. q̄ diu malus est. si vo factus fuerit bonus potest vt vnusquisq; q malus est aut bonus volūtatis eius sit z non nature. nam si volebat z non poterat fructus bonos ꝓferre nature erat. si aūt potest et non vult arbitrij ꝓprij est z non nature. Igitur seruꝰ dei non pōt facere malum. z si tibi videt aliquādo q male facit. considera caute ipm malū eius z inuenies abintus eum esse bonū. Nam ex ꝓposito bono etiam qđ videt malum opus excusatur. malum aūt opus bonū ꝓpositum nō contemnat. vidisti moysen homicidiū facientem. q̄ non ꝓpter suam iniuriam. q̄ ꝓpter seruoꝝ dei vindictā. Vidisti etiam iacob aliud loquentē in lingua. z aliud habentē in corde. cum dixit ad Esau. Vidi faciez tuam sicut qui viderat faciem dei. sed hoc non dixit vt eum deciperet q̄ vt malicia illius compesceret. Similiter malus homo nō potest facere bonū z si tibi videat facere bonū considera caute. z inuenies ipm abintus malum esse. nam quod ex ꝓposito malo fit etiam bonū. malum est. nam opꝰ bonū malum ꝓpositum non excusat malum aūt ꝓpositum opus bonū contemnit si videris infidelē hominē z māsuetum. quia subdolus est in corde. De talibus em̄ dicit ꝓpheta. Mollita sunt sermones eius super oleum. z ipsi sunt iacula. si videris eum opus bonū facientem intellige q ꝓpter homines hoc facit. De illis em̄ dicit dominus. omnia faciūt vt videantur ab hominibus. sicut igitur bonorum hominū omnia etiam mala bona sunt. sic etiam omniū malox etiam bona mala sunt. si igitur videris aliqnem deum in veritate non colentē q̄si ne vite. sed crede magis deo q̄ tibi. qui dixit. non potest arbor mala fructus bonos facere. Si autez dicas illū bonum mendacem xp̄m fecisti. Tu em̄ vides que sunt in facie. deus autem que sunt i corde. hec Crisosto. Item Aug. in suo enchiridion. c. xix. z ponitur. ij. senten. di. xl. ca. j. ptinenter ad ꝓpositum sic scribit. Nomine inquit arboris nō natura humane mentis sed voluntas intelligitur q̄ si mala fuerit non bona sed mala opera facit. si vero bona fuerit. bona opera z non mala facit. hec ille. Et si ex ope quod homo bonus z bona intentōne faciat aliquando malum contingat. tamen malū illud sibi non imputabitur. Vnde Augustinꝰ in epistola ad pubiciam. Absit inquit vt illud quod ꝓpter bonū z licitum facimus. z si hoc ꝓter nostram voluntatem quicq; mali acciderit nob̄ imputetur. hec ille.

Capitulum XXXI

Quarta filia ianis gloríe est ptinacia. Et est ptinacia mala z inflexibilis mentis obstinatio. per quaz hō nimis innititur sententie ꝓprie. nolens credere sententie meliori. Et fm Isido. x. ethymol. Pertinacia dicitur a per. quod est valde. vel impudēs. z teneo. quasi valde vel impudēs tenacia. z inde ptnax. quasi valde vel impudenter tenax. quia qua si victoriose tenet z sustinet quod p̄sumptuose cōcepit z semper vt plurimū est peccatum mortale. quia superbe violat charitatis mandatum. Et ex ista filia ianis glorie nascūtur sex vicia periculosa. scz infidelitas. heresis. sciſma. apostasia. blaspemia z superstitio.

Capitulū XXXII

Quinto ex ista quarta p filia ianis gloríe. id est pertinacia nascit infidelitas. Et est infidelitas puersa voluntas fm quam quis resistit fidei catholice. z pertinaciter eam impugnat. Et potest quis dici infidelis dupliciter. Primo fm negationem. q. d. non habet fidem nec audiuit eam. vt dicit ille doctor eximius wynkelegh. in tractatu suo de desertione z origine victox. Infidelitas non est peccatum in illis qui fidem nūq̄ audierunt. q̄ est magis pena peccati. Et talis ignorantia diuinox ꝓuenit ex peccato primi parentis. vertūamē hmōi infideles damnantur non ꝓpter peccatum infidelitatis cum non sit euangeliū eis reuelatum. nec etiam fides eis quodammō sit ostensa. Vnde z in confirmatōnem huius dicit dominus Johā. xv. Si ego non veniſſem z locutus eis nō fuissem peccatum non haberent. Hmōi tamen infideles damnantur ꝓpter peccatum originale et alia peccata actualia. q̄ sine fide non possunt remitti. quia testāte apostolo. Sine fide impossibile est placere deo. Pro q̄ notandū q̄ sicut dicit in flora. Bartho. titulo de fide. Fides est volūtaria certitudo absentium infra scientiā z supra opinionē constituta. Scientia em̄ habz cognitionē. z opinio dubitatōem. z inter hec duo est fides media. quia fides nō habet cognitionem nec dubitatōnem. Itē dr̄ fides credulitas fm quā credimus qđ non videmus. qm̄ fides est de re non visa. z inde est meritū vbi humana rō non capit experimentum. Et situt dicit Holgot in lectura libri sapientie lectione. cxcviij. Bona fides quatuor bene credenti impetrat appetenda. Primo procurat remissionē peccatox. Secūdo operat demonioꝝ confusionem. Tercio confert optatox consecutōez. Et quarto merēt dei bādictōnē. Primo igit confert fides bū credenti remissionē peccatorū. vñ Act. x. de xp̄o dicitur. Huic oēs ꝓphete ꝓhibent testimoniū remissionem accipere peccatorū per nomen eius oēs qui credunt in eum. Exemplum huius habemus Jone. iij. vbi legitur q quādo dominus ꝓpter peccatum populi dixit se subuertere ciuitatē magnā niniue. Jonas ꝓpheta ad p̄ceptū dñi ingressus ciuitatē p̄dicauit dicens. Adhuc quadraginta dies sunt. z niniue subuertet z seqtur. Et crediderūt viri niniuite dño z p̄dicauerunt ieiunū. z vestiti sunt saccis a maiori vsq; ad minorē. Vnde z rex niniue statim vt audiuit verbum domini surrexit de solio suo. z abiectis regalibus sacco z cilicio se induit et penitētie se dedit. Precepitq; populo q nullus comederet vel biberet. q̄ clamarent ad deū ꝓ misericordia obtinēda. z dixit. quis scit si ꝓuertat z ignoscat deus z reuertat a furore suo z nō pibimus. z sequit. Vidit deus opa eox. z q; ꝓuersi sunt a via sua mala. z miseri⁹

est deus super maliciam suam quam locutus ē facere eis ⁊ non fecit. Ecce q̄ fides q̄ crediderūt verbo dei p ꝓphetā eis p̄dicato obtinuit eis remissionem peccatoꝝ. Docet em̄ Aresto. ij. retho. in p̄ncipio. q̄ tria sunt que faciūt dictū alicuius esse credibile q̄uis non demonstratiue loquat. videlicet p̄udentia. virtus. ⁊ benivolentia. cui⁹ causa ē ꝓpter eum. quia ꝓpter oppositā eoꝝ discredimus alicui nō demōstratiue loquenti scilicet ꝓpē imp̄udētiam. quia reputamus eū ignarū. aut ꝓpter malitiam. q̄ q̄uis vera sciat tamē non est amicus veritatis ⁊ iusticie. Aut ꝓpter defectum benivolentie. quia in casu licet sit p̄udens ⁊ virtuosus. nō tū reputamus eū ita benivolum q̄ velit consulere illō q̄ nobis expediēs sibi videatur. ꝟ quādo iste tria cōcurrūt in consiliario tunc reputamus eum p̄udentem ⁊ virtuosum ⁊ nobis benivolum. tūc absq̄ dubio credim⁹ dictis suis q̄uis ea nequaq̄ demonstret. ꝟ si de xpo loquamur. Xp̄us venit i mūdum persuadere ⁊ probare veritatē. sed non oīa dicta scientifice demonstrare. ⁊ ideo doctrina sua non sciētia nominat sed fides. sunt tamē dicta sua nihilominus credibilia ꝓpter tres rōnes p̄dictas Tum primo quia in eo viguit p̄udentia. cum essz sapientia dei patris. Unde Eccl. j. Omnis sapientia a domino deo est. ⁊ cum illo semp fuit et est aī eum. Tum secūdo. quia in eo fuit virtus ⁊ veritas tam in dictis q̄ etiam in factis. Unde dicit. Ie. xix. Omne quod loquit absq̄ ambiguitate eveniet. Item Mat. vij. Bene omnia fecit. Tum tercio quia in eo fuit benivolentia ad nos. q̄ dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo. Apocalip. j. Et iō merito dicit psalmista. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. ¶ Secundo operatur fides demonioꝝ confusionem. Unde de vere credentibus dicit xp̄s Marci. xvj. In nomine meo demonia ejicient. immo ⁊ fides scutū spirituale est cum quo possumus oīa tela tēptationis diaboli expellere. Juxta illud ad Ephe. vj. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Unō dicē Papias ⁊ habeē in exposītione sup̄ iuvenalem satyra primā q̄ summa pōpilio sacrificāte deo suo quodam scuto de celo quod antile dictū fuit. Datumq̄ est responsum q̄ periret romanū imperiuz nisi illud antile foret bñ seruatū ⁊ custoditū. Ūma vero vndecim alia scuta fecit. vt essent duodecim numero ea intentione q̄ illud scutū qō de celo cecidit inter cetera maneret occultū. Moraliter scutum fidei de celo cecidit quando dominus noster iesus xp̄us de summo celo veniens fidem hominibus p̄dicauit. Et vbicūq̄ scutum illud fuerit seruatuz demonis extirpabitur dominiū ⁊ diuinū seruabit imperiū. Hec aūt scuta duodecim sunt. q̄ fidei articulos duodecim apostoli fundauerūt Istud scutum liberat a demonibus quod in dani ele figuratuz cōuenienter fuit Dañ. vj. qui licet in lacu cū leonibus morabat. nulla tamē lesio inuēta ē in eo. Et causa erat. q̄ credidit deo suo. vt dicitur ibidē in hystoria. ¶ Tercio fides confert opta toꝝ ꝓsecutionē. dicēte xp̄o Mat. xj. Quecūq̄ orātes petitis credite q̄ accipietis ⁊ eveniēt vobis. Unde narrat Petrus comestor. ⁊ dicit in hystoria hester q̄ cum alexander magnus venit ad mōtes Caspinos miserūt ad eum filij captiuitatis decem tribuū ⁊ egrediendi licentiam postulantes. Cūq̄ quesisset causam captiuitatis accepit eos recessisse aperte a deo israel vitulis aureis immolando. ⁊ per ꝓphetas dei p̄dictum esse eos a captiuitate nō redituros. Tūc respondit alexander q̄ artius eos includeret. Cum igitur angustia viarum inciperet obstruere molaribus bituminis. vidit humanum laborem non posse sufficere. ideo rogauit deū israel vt istud opus compleret. ⁊ ecce nutu diuino p̄rupta montiū ad semuicem accesserūt. et factus ē locus inmeabilis. vt ait Josephus. Sed quid putas deus factur⁹ ē pro suis fidelibus si tantū fecit pro infideli. Unde xp̄s dicit suis fidelibus Mat. xxj. Quecūq̄ petieritis in oratione credentes accipietis. ¶ Quarto fides confert bene credēti electorū bñdictionem. Uñ Joban. xx. dicit xp̄s Thome Quia vidisti me credidisti thoma. beati qui nō viderūt ⁊ crediderūt. Verūtamen non quilibet credens impetrat p̄ fidem suam p̄dicta q̄uor appetenda. ¶ Et ideo p̄ isto ē notandū q̄ fm Petrum lumbardū. iij. senten. dist. xxiij. duplex ē fides. s. fides formata. ⁊ fides informis. De fide informi dictum est supra. ca. ij. vbi agitur de secūdo motiuo cōferente ad detestationem superbie. ⁊ in illo vbi agit de latria. Fides vo formata est fides cui annectit dilectio ostensa in caritatiuis operibus sine q̄ bus fides mortua ē. vt dr̄ Jaco. ij. Ille igitur vere credit qui exercet opand o qō credit. Et ideo merito dicit beat⁹ Augustin⁹. j. p̄te fmonū. ser. xxviij. q̄ fides vera appellata est a duobus. s. quia fit qō dicitur. vnde due sillabe sonant cum dicitur fides prima sillaba est a facto. secunda a dicto. Fac igit quod dicis ⁊ fides est. Tu dicis q̄ deus est bonus dominus ⁊ q̄ dignus est bono seruo. fac qō dicis sis sibi bonus seruus. si dicis q̄ diligis iusticiaz et odis iniq̄tatem. quod dicis fac. scz iusticiā ⁊ odias iniquitatē. ⁊ tunc fides in te operatur. Et ista fides vt dicit beatus Ambro. Est mater omniū virtutū que omnes virtutes informat. ⁊ sine qua nulla virtus est placens deo. Unde Hebre. xj. Hec em̄ fides est radix omniū bonoꝝ opeꝝ ⁊ ceteraꝝ virtutum. ⁊ ideo si hec radix euellat cetere virtutes arescunt. Unde beatus Grego. dicit. Sicut rami inēt sine radice arescūt. ita q̄libet bona opa licet videāt bona nulla sunt. si a fidei soliditate disiūgātur. Fides em̄ mentez illuminat gressus dirigit. ⁊ ceteris virtutibus lumē ministrat. quā quidē tam excellētem animi virtutem multum diabolus laborat destruere. Uñ hec fides est oculus quē serpens infernalis q̄rit diligēter eruere. ⁊ nimirū nam hostis ille antiquus inuisibilis ē. ⁊ sine fide nō videt. ⁊ sic nō timet. scit em̄ diabolus q̄ extra fidē nō est loc⁹ ꝓpiationis. Uñ cū ipe ꝓpiationi hoim inuideat nō vellet q̄ hō illam haberet quā scit se non habituꝝ. Scit em̄ diabolus q̄ quisq̄s extra fidem est gladiū ire dei euaginatuz supra se habet. Uñ dicit in euāgelio Joban. iij. Qui incredulus ē filio non videbit vitam. ꝟ ira dei sup̄ eū maner. Item fides est pupilla oculi spūalis. ⁊ sicut pupilla oculi cor-

poris tui subtilissima est. ⁊ nisi impigre et solicite custodiat a palpebris leuissimo ⁊ tenuissimo pulueris tactu cōfundit. sic acies fidei nisi quisquis habeat custodē nihil citius perturbat. sed xp̃iana fides ita disputata est ⁊ declarata a p̃cedentibus p̃ribus nostris. vt in nulla pte iam necesse ē titubare. Nō em̄ est particula fidei nostre quin temporibus retroactis. fuerit ab hereticis contradicta manifeste aut negata in parte vel in toto. ⁊ deinde p̃ viros catholicos auctoritate ⁊ rōne eoꝝ opiniones fuerūt annihilate publice ⁊ destructe. ⁊ catholica atq; apostolica fides deo adiuuante in omnibus semp approbata ⁊ cōfirmata. ⁊ sic p̃ eoꝝ errores manifestius fides nostra declarat. ⁊ in sempiternuꝫ firmit cōfirmatur. Sed tamen vt voluntas nostra ad vera credenda moueatur nō sibi sufficit nisi per gratiam optinuerit. Dicente xp̃o in euangelio Joh̄ā. vj. Nemo potest venire ad me nisi datū fuerit desup de patre meo. Verūtamen nō est formidādū. quin si fortitudinem fidei contra hostis antiqui temptamenta p̃emur saluatorem nostrū in toto corde dicentes. Domine auge nobis fidem ille infidelitatis non p̃mittit interire nos venies. dicēte apostolo. j. ad Corinth̄. x. Fidelis aūt deus qui nō patietur vos tēptari supra id qđ potestis. Predicta etiā fides est fundamentum totius edificij spūalis ciuitatis ecclesie. dicente apostolo. ad Hebre. xj. capi. Fides est substantia rerū sperandarū argumentuꝫ nō apparentiū. Quā auctoritatem exponēs sanct⁹ Thom̄. Fides inquit est substantia. i. fundamētaliter substās edificio spūali. ipsa em̄ fides facit res sperandas aliqualiter in nobis subsistere p̃ gratiā. Et dicitur fides argumentū non apparentiū. id est arguēs mentē. quia fides inclinat intellectum ad credendum ea que non apparent corpali aspectui. Vnde abraam contra naturam credidit deo in sobole sibi p̃missa. s. vt vetulus ⁊ vetula ⁊ sterilis de sterili generarent. ⁊ reputatū est ei ad iusticiaꝫ. Et est argumentum quod multum placet deo quando aliquis credit plus deo q̃ sensui xp̃io vel rōni sue. vt in sacramento altaris. ⁊ in trinitate p̃sonaꝝ. ⁊ in vnitate substantie. ⁊ de xp̃i incarnatione ⁊c.

Capitulū XXXIIII

De ciuitate enim ecclesie fundate super isto fundamento fidei loquitur sanctus Johannes apl̄us Apocalip. xxj. dicens. Vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouā descendentem de celo. Et sicut dicit vlterius ibidem. hec ciuitas habebat murū magnū et altum. habebat etiam duodecim portas quarum tres posite erant in parte orientali illius ciuitatis. tres in aquilone. tres in parte australi. tres in parte occidētali. Et hec ciuitas posita erat in quadro. ⁊ longitudo eius tanta erat quanta ⁊ latitudo. nā quadrum dicit cuius omnia latera sunt equalia. ¶ Spūaliter hec ciuitas est ciuitas ecclesie que ē multitudo omniū p̃destinatoꝝ. iuxta illud Ecclesiastici. iij. cap̃. Filij sapientie eccia iustoꝝ. In illa em̄ ciuitate semper manet xp̃s per gratiam. Vnō Ecci. xxiiij. cap̃. In ciuitate sanctificata similit requiem. ⁊ rōnabiliter potest ecclesia militans vocari ciuitas. quia ciuitas vt dicit Boetra super eodē dicitur quasi ciuiū vnitas. Et sicut dicitur Actuū. iij. Multitudinis credētiū erat cor vnum ⁊ anima vna. Et dicitur hec ciuitas sancta. quia in fide sancta stabilita. Et dicitur noua. quia dimissis cerimonialibus legis date est sacramētis legis gratie renouata. Ac etiam dicitur hec ciuitas noua. qꝝ incolis huius ciuitas xp̃us multa noua dedit. nō dedit eis noua corda. sicut ore p̃pheticō promisit Ezechiel. xxxvj. dicens. Dabo vobis cor nouum ⁊ spūm nouū. Item nouas linguas. Vnde Math. vltimo. Linguis loquētur nouis. Item noua mādata. Vnde Joh̄ā. xv. Mandatū nouū do vobis. Et vocatur hec ciuitas ecclesie hierusalem. nomē accipitur ab eius fundatore. vnde hierusalem visio pacis interp̃tatur. Et de xp̃o fundatore huius ciuitatis dicit apostolus Colos. ij. Ipse est pax nr̄a Et dicitur hec ciuitas de celo descendere. p̃ eo q̃ xp̃us qui fm apl̄um Ephes. j. Est caput ecclesie de celo descendit. Vlterius dicitur q̃ hec ciuitas habebat murū maximū ⁊ altum. Murus em̄ huius ciuitatis est xp̃s. Vnde Isa. xxvj. Urbis fortitudinis nostre sion saluator ponetur in ea murꝰ Xp̃us em̄ dicitur murus p̃ eo q̃ tanq̃ murus fortissimus munit ⁊ defendit eccl̄am suam. vñ Rom̄. viij. Si deus p̃ nobis quis contra nos. De istius muri magnitudine dicit ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis. Et de istius muri altitudie dic̄ apostolus Roma. xj. O altitudo diuitiarū sapientie ⁊ scientie dei. Dicit etiā q̃ hec ciuitas portas habebat. xij. Iste em̄ duodecim porte vt dicit zwaldeby sunt. xij. articuli fidei in simbolo. xij. apostoloꝝ cōtenti. p̃ quas portas intrant credentes in ecclesiaꝫ dei. ⁊ efficiūtur membra xp̃i. Et ideo merito dicit p̃pheta Isa. lxij. Transite p̃ portas. s. fidei in ecclesiam ad xp̃m. nam. vt dicit Aug. in de verbis dñi. ⁊ apostoli sermone. iij. Dum credis venis ad xp̃m. Nō em̄ venit ad xp̃m nauigādo q̃ credēdo. Per ꝟ q̃ in oriente p̃dicte ciuitatis erant porte tres. in aq̃lone tres. in occidente tres ⁊ in austro tres. signat q̃ electi ab omni parte mūdi in fide sancte trinitatis vniti libeꝝ habebunt introitum in ecciam. vt membra xp̃i efficiātur. Vnde p̃s. Qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici. de regionibus congregauit eos a solis ortu ⁊ occasu ab aquilone ⁊ mari. Vlterius aūt dicit q̃ hec ciuitas erat in quadro posita habens quatuor latera equalia. ¶ Spūaliter per ista quatuor latera equalia fm beatū Greg. sup Ezechie. omel. xxij. p̃sit intelligi fides. spes. charitas. ⁊ bona opatio q̃ dicuntur eq̃lia p̃ eo q̃ q̃ntū q̃s credit tm̄ sperat. q̃ntum q̃s credit ⁊ sperat tm̄ diligit. ⁊ q̃tuꝫ q̃s credit. speret. ⁊ diligit tantū opatur. In quadro igit ē hec ciuitas posita. qꝝ fortis fide. longanimis spe. ampla charitate. efficaꝝ ⁊ pfecta bona opatione. ¶ Sz hic est notandū q̃ hec ciuitas tam obsidet in quatuor suis lateribus quatuor p̃cipibus fortissimis qui temptant ad q̃nos vicia q̃bus vt dicit zwaldeby ac etiā Aug. iij. de ciui. dei. quatuor regna p̃cipalia mundi quondā erant destructa. s. regnū romanoꝝ. regnū chaldeoꝝ. regnū grecoꝝ. ⁊ regnū assyrioꝝ. ¶ Primus em̄ princeps vocat māmona. de

quo dicitur Mat.vj. Non potestis deo seruire et mammone. Iste em̄ princeps temptat ad auariciam cum qua destructū erat regnū romanoꝝ. vnō romane ciuitati in signū ꝙ auaricia esset destruenda vt dicit ꝛvaldeby quasi ꝓpetice erat hoc nomē roma impositum. Vnde hoc nomen roma continet in se quatuor litteras. ſ. R. O. M. A. Ridē significat ꝙ radix. O omniū. M malorū. A auaricia ꝛ sic ethymologice. Roma dicitur quasi radix omniū malorū auaricia. ¶ Secundus princeps vocat lucifer. de quo dicitur Isa. xiiij. Quomodo cecidisti lucifer. Iste princeps vt dicitur Iob. xlj. cap̄. est rex super omnes filios superbie. vnde princeps iste temptat principaliter ad superbiaz qua destructū erat regnū chaldeoꝝ. ¶ Tercius autem princeps vocatur beelzebub. qui Luc. xj. vocatur princeps muscarū. Et iste princeps pest inuidis qui similes sunt muscis. quia sicut musce maculāt bonas carnes. sic inuidi maculant ꝛ deprauāt bonoꝝ hominū conuersationem honestā. Iste em̄ princeps tēptat ad inuidiam qua destructum erat regnū grecoꝝ. ¶ Quartus autē princeps vocatur asmodeꝰ. qui vt patet Thobie. vj. Potestatē habet sup oēs luxuriosos qui ita libidini vacāt sicut equus ꝛ mulus in quibus non ē intellectus. Iste igitur principaliter temptat ad luxuriam qua destructum erat regnū assyrioꝝ. Isti etiam maledicti quatuor p̄incipes quibus nūc obsidetur ciuitas eccie habent sub se duodecim milites. applicatos ad predictas duodecim portas quibus nitūtur portas p̄dictas funditus destituere. ꝛ totam ciuitatem ecclesie penitus deprimere. ¶ Vnde primus princeps. ſ. p̄nceps auaricie habz sub se tres milites. per ꝙs intelligūtur tres species auaricie omnino cōtrarie tribus primis articulis fidei que sunt tres prime portē p̄dicte ciuitatis. ¶ Secūdus princeps. ſ. superbie. habet sub se tres alios milites. qui sunt tres species superbie. qui contrariant tribus alijs articulis fidei qui sunt alie tres portē ciuitatis eccie. ¶ Tercius autem princeps est princeps inuidie. ꝛ habet tres alios milites sub se. ſ. tres species inuidie contrarias tribus alijs articulis fidei sequētibus. qui etiaz tres sunt alie tres portē p̄dicte ciuitatis eccle sie. ¶ Quartus autem princeps. ſ. princeps luxurie habet etiam sub se tres milites. scz tres luxurie species contrarias tribus vltimis articulis fidei ꝙ sunt tres vltime portē p̄dicte ciuitatis eccie. Predicti em̄ quatuor principes cū suis militibus ꝙ nitūtur p̄dictam ecclesie ciuitatē subuertere. ꝛ penitus portas illius destruere figurāt Danie. vij. vbi legitur ꝙ quatuor ventī celi pugnabant in magno mari. ꝛ quatuor bestie grandes ascendebant de mari diuerse inter se. ¶ Spūaliter aūt per istud mare intelligitur coꝝ peccatoꝝ. iuxta illud Isa. xv. Coꝝ impij ꝙsi mare feruens ꝙescere nō pōt. Per quatuor ventos pugnātes in mari pūt intelligi p̄dicti ꝙtuor maledicti principes. cū ꝙbus obsidet ciuitas eccie ꝛ ꝙ principes flatu sue tēptatiōis suscitant in coꝛde peccatoꝝ. ꝙtuor horribiles bestias ꝙs ꝙs ꝛ ꝙ proprietates eaꝝ p̄dicta ꝙtuor vicia cū suis spēb⁹. que sunt milites predictorum principum qui conant ciuitatem ecclesie ꝛ eius p̄dictas portas subuertere reimpugnare vel destruere intelligūtur.

Capitulū XXXIIII

Sed proapertiori declaratione istius materie est notandū ꝙ prima porta p̄dicte ciuitatis que est primus articulus fidei quem vt dicūt doctoꝛes cōposuit sanctus Petrus est iste. Credo in deū patrem omnipotētem creatoꝛem celi ꝛ terre. Secūda porta que in primo latere ciuitatis ecclesie. ē secūdus articulus fidei quez composuit sanctus Andreas ꝛ est iste. Et in ihm xp̄m filiū eius vnicū dominū nostrū. Tercia porta prime partis ciuitatis ecclesie est tercius articulus fidei quem cōposuit Jacobꝰ maioꝛ est iste. Qui conceptus est de spūsancto natus ex maria virgine. ¶ Ad has tres portas applicauit primus princeps quatuoꝛ p̄dictoꝝ principū tres suos milites vt istas portas cuz ciuitate ecclesie destruant. ¶ Primus em̄ princeps ē spūs auaricie qui primus dici pōt. ꝓ eo ꝙ sicut dicit ap̄lus j. Thimo. vj. Radix omniū malorū ē auaricia. quā quidam appetentes errauerūt a fide. Cuius tres milites sunt tres species auaricie. ſ. falsa diuitiarū acquisitio. iniuriosa diuitiarū detentio. ꝛ inordinata diuitiarū dilectio. Primus em̄ istoꝝ militū contrariatur primo articulo fidei. qui vt supra dicit ē iste. Credo in deū patrem omnipotentem creatoꝛem celi ꝛ terre. ¶ Pro cuius declaratione notandū ꝙ ſm Petrū lumbardum. iij. senten. dis. xxiij. Aliud est credere deū. aliud ē credere deo. ꝛ aliud est credere in deū. Credere em̄ deū ē credere deum esse vnū ꝛ nō plures deos. Vnde Exo. xx. ca. Dominus deus tuus vnus est. Credere deo est credere veꝝ esse ꝙ deus dicit in scriptura. de qua credulitate dr̄ Joban. viij. ca. Si veritatem dico ꝙre nō creditis mihi. Credere in deū est credendo amare deū ꝛ credendo in eū spūaliter sibi ac membris et coꝛpoꝛi suo mystico incopari. Et ista est fides pfecta de qua dr̄ Marci vltimo. Qui crediderit ꝛ baptisatus fuerit saluus erit. ꝙ vo nō crediderit condemnabit. ¶ Sed ꝗtum ad primū patet ꝙ auari ꝙ ponūt totam sollicitudinem suam in terrenis diuicijs acquirendis nō credūt solum vnū esse verū deū ꝫ habent plures deos alienos. Ūñ ps. Simulacra gentiū argētū ꝛ aurū. Immo sic̄ dicit hiero. sup illud ps. Non erit in te deus recens. quotcunꝙ peccata habemus tot recentes habemus deos. Sed vt cōstat auari ꝙ omnē sollicitudinē suam ponūt in diuicijs acquirendis ꝓ cautelas ꝛ deceptiones ꝓ mendacia ꝛ ꝓ furta ꝛ ꝓ ceteras falsitates et non curantes per quas vias illicitas acquirant. cū hoc ꝙ illas habuerint pluribus vicijs sunt illaqati. ꝛ per cōsequns tales habēt plures deos alienos. immo vt videt tales non credūt deū veꝝ esse. Ūñ de quolibet tali auaro intelligi pōt illud ps. Dixit insipiēs in coꝛde suo nō ē deus. Sup ꝙ dicit Glo. ꝙ insipiens ē ꝙ dono sapie ē priuatus. qui nō celestia ꝫ terrena ꝙrit. Et ideo dicit ap̄s ꝙ sapia huiꝰ mūdi stultitia ē apud deū. j. Coꝛ. iij. dicitur apud deū. ſ. apud diuinū iudiciū. ꝫ cū deus iudicio suo errare non pōt. patet ꝙ sapientia huius mūdi veriſſime stultitia ē apud deū. ꝛ ꝙ ea plenus est vere

stulens est ⁊ insipiens. Et cū sapientia sm theologos sit diuinoꝝ ⁊ humanoꝝ certa cognitio. patet q̄ insipientia ē priuatio vtriusq;. ⁊ per consequēs sapientes huius mūdi q̄ mere stulti sunt apud deum ⁊ insipientes nec dei nec sui veram noticiā habent. Et ideo tales si non voce tamē opere negant deū esse. dicente apostolo. Confitentur se nosce deum factis aūt negāt. ad Tyt̄ū. j. ¶ Tales etiā auari non credunt deo. q̄ vt videtur nō credunt vera esse que deus dicit in scriptura sacra. nam si antez crederent dictis eius cōsiderarent qualiter xp̄s in euangelio Mat. vj. probat triplici rōne q̄ non pōt deficere suis seruientibus in vite necessarijs. Prima ratio quam facit ad hoc ostendendum est ista. Anima est plusq̄ esca. ⁊ corpus plusq̄ indumētū. sed deus dat animā ⁊ corpus suis seruientibus sine aliqua inordinata sollicitudine earū dem. igitur a multo fortiori dabat illud quod minus est. s. escaz ⁊ indumentū suis fidelibus. ¶ Secūda aūt ratio xp̄i ad illud idem' ꝓbandum est hec. volatilia celi nō serūt neq̄ metūt neq̄ congregāt in horrea ⁊ pater vester celestis pascit ea. cū igit̄ vos magis plures estis illis. ⁊ deo sit cura longe maior de suis fidelibus hominibus seruientibus q̄ de brutis aialibus patet q̄ a multo fortiori pascet illos. ¶ Tercia aūt ratio xp̄i ē hec ad ip̄m ꝓbandum. lilia agri nō laborant neq̄ nent vt adquirat sibi vestimentū ⁊ tamē salomon in omni gloria sua non ē coopertus sicut vnum ex illis. Si igitur fenuz agri quod hodie est scilicet tampulcrum. ⁊ cras arescens ⁊ in clibanū mittitur deus sic vestit. quāto magis vos modice fidei. sed planum est autem q̄ auari q̄ oēs sensus suos applicant ad acq̄rendū tēpalia falsis inordinatis ⁊ illicitis medijs predictis xp̄i verbis non credunt. ¶ Tercio etiam patz. videlicz q̄ auari non credant in deum. quia supra dictum est credere in deum est credendo amare deum. sed tales auari de quibus supra dictum est. non amant deū igit̄ nec credūt in deū. ⁊ q̄ tales non deū amāt ꝓbo dicit eīm xp̄s Johan. xiiij. capi. Qui habet mādata mea ⁊ seruat ea ip̄e est ⁊ diligit me quasi diceret ⁊ nullus alius. Unde vt dic̄ apostolus. j. Joh. ij. cap̄. Qui dicit se nosse deum ⁊ mādata eius nō custodit mendax ē. sed cū predicti auari q̄ mendacijs ⁊ piurijs. falsitatibus ⁊ alijs modis sollicitantur ad acquirendū tempalia manifestissime transgrediūtur dei mandata. patet q̄ tales deū non diligūt. ⁊ ꝑconsequens nec credūt in deum pfecte. Ꝺn̄ Aug. in suo enchi. cap̄. lxxxiij. Qui inq̄t recte diligit deū ꝑculdubio recte sperat ⁊ credit. q̄ ꝙ non amat deū inaniter sperat ⁊ credit. hec ille. Et q̄tum ad secūdam particulam huius articuli patet etiaz q̄ auari non credūt deū omnipotentem esse p̄fem illoꝝ. nam si crederent eū esse patrem eoꝝ ip̄i tāq̄ eius filij eum adorarent. iuxta illud Malach. j. Filius honorat patrē ⁊ seruus dominū suū timebit. si igit̄ p̄ ego sum vbi est amor meus. ⁊ si dominꝰ ego sum vbi est timor meꝰ. Sed auari magis adorant aurꝫ ⁊ argentum q̄ deum. In cuius rei figura legit̄ Dañ. iij. q̄ nabuchodonosor rex babilōis fecit statuā auream quā cuilibet ꝓcepit tāq̄ sub pena mortis adorare. ⁊ ꝑ populus intantū timebat ꝑceptum regis q̄ in tota ciuitate babilonis nō inuenibantur nisi tres q̄ statuā illā nō adorarēt. Spūaliter babilon confusio interꝑtat. ⁊ hunc mūdum miserabilē confusione plenū significat. Nabuchodonosor sedens in angustia interꝑetatur. ⁊ significat mammonā spiritum siue principez auaricie q̄ sedet in corde hominis auari qui angustiā laboris habet in acquirendo. angustiam doloris in ꝑdendo. Iste nabuchodonosor ordinauit ⁊ ꝓclamauit omnes suos leges adorare statuam auream. hoc est argentum ⁊ aurū. ⁊ hoc sub pena mortis. Et videte vos q̄ subtiliter sub pena mortis iste maledictus nabuchodonosor minat suis subditis predictam statuā adorare. Dicit eīm in corde hois auari Homo considera q̄ si non habueris aurꝫ ⁊ argentū ⁊ terrenas diuitias cuz veneris ad senectutem pauꝑtate ⁊ miseria cōfunderis. omnes hoies te contemnēt ⁊ nullus de te curabit. ⁊ sic miserabiliter ꝑ defectu morieris. Et ideo dum iuuenis es addisce subtilitatē ⁊ scientiā mūdanā cū q̄bus possis diuitias acq̄rere ne in senectute ꝓfundaris. ⁊ certe iam intantū timent homines istas falsas spūs auaricie minas q̄ vix inuenit aliq̄s q̄ istam statuam nō honoret. Ꝺn̄ Hiere. viij. A minimo vsq̄ ad maiorē mū oēs auaricie studēt. Et ex isto palā est q̄ tales nō credūt veraciter deū esse eoꝝ p̄em omnipotētem. Nā si hoc firmiter crederēt considerarēt q̄ ille nō essz pater benignus ⁊ misericors q̄ diues cēt ⁊ potēs in omnibus ⁊ abūdans si videret filiū suū in omnibus sibi humiliter obedientē in pauꝑtate ⁊ angustia positū ⁊ humiliter ac lacrimose patrez suū auxiliū postulantē nisi ip̄m adiuuaret. q̄ cū p̄ noster celestis sit misericordissimus ⁊ summe potens ⁊ diues seq̄tur q̄ non pōt suis fidelibus filijs cuiuscūq̄ etatis fuerint deficere in necessarijs que ab ipso rōnabiliē postulāt. Et hoc manifestissime ꝓbat xp̄s triplici rōne supradicta. ¶ Et q̄tum ad tercīā ꝑticulā huius articuli videt̄ sit̄ q̄ auari nō credunt deū esse factorē celi ⁊ terre. nā si firmiē crederent q̄ deus primo creauit celū tāq̄ finē beatificū ad quē hoies primo ⁊ principaliter tenderent ⁊ postea terrā ⁊ cetera res terrenas que sunt facta ꝓpter hoiem tāq̄ media ad finē supradictū obtinendū primo quererent cū omni mentis intentione celū. Et deinde moderate res terrenas tāq̄ mediū ad illū finē. dicente xp̄o Mat. vj. Querite primo regnū dei ⁊ iusticiā eius. ⁊ hec oia adūcientur vobis. ⁊ exquo auari opposito modo faciūt ptz q̄ nō recte credunt deū creatorē celi ⁊ terre. ⁊ ex istis sic exilite: declaratis patet qualiē iste primus princeps māmona cū suo p̄io milite destruit siue impugnat primā portā ciuitatis ꝑdicte. ¶ Scōa porta que est in primo latere ꝑdicte ciuitatis vt supra dicit̄ est secūdus articulus fidei quē posuit sanct⁹ Andreas sub hijs verbis. Et in iesum christū filiū eius vnicū dñm nostrum. Iste articulus ꝑtinet ad humanitatē xp̄i. in quo articulo tria tanguntur de xp̄o a fidelibus firmiter credenda. Primo eīm credendū est q̄ ip̄e sit summe misericors. Secūdo q̄ ip̄e est summe iustus. Et tercio q̄ ip̄e est sup oēs metuendus. ¶ Primo enim credendum est q̄ ip̄e ē summe misericors. ⁊ hoc intelligit̄ in hoc q̄ voca

tur Jesus. vnde iesus idē est q̄ saluator. z ipse per suam misericordiam nos saluauit dicente ap'lo ad Tytuz. iij. Non ex opibus iusticie que fecim⁹ nos sed ꝑm suam misericordiā nos saluos fecit. ¶ Secundo credendū est q̄ ipse est summe iustus quod innuit in hoc q̄ vocat xp̄s cum dicit. Jesum xp̄m vnde xp̄s idem est q̄ inunctus. z reges qui qui sūt inunctiuna cum misericordia decet habere iusticiā dicente psal. Diligite iusticiā qui iudicatis terram Hanc em̄ virtutē perfectissime habuit iesus xp̄us Et ideo merito de illo dicit psal. Dilexi iusticiaz et odisti iniquitatez. ꝓpterea vnxit te deus tuus oleo leticie. ¶ Tercio aūt est credendū q̄ ipse sup oīa est metuendus. quod intelligit in hoc verbo. dīm nostrū. vnde Malachie. j. Seruus dīm suuz time bit. z sequit Si ego dīs vbi est timor meus. Sed hūc articulū impugnat p̄dictus primus p̄nceps cum suo scō milite qui est secunda species auari cie. s. iniuriosa diuitiaꝝ retentio et conat funditus eneruare. Unde quantū ad primā partitulā huius secundi articuli patet q̄ auari qui cōfidunt in suis necessitatib⁹ auxiliari z saluari p suas diuitias q̄s iniuste retinent magis q̄s per deū nō pfecte credūt deum esse eoꝝ saluatorē. dicente ꝓpheta. Ecce hō qui non posuit deū adiutorē suuz. sed sperauit in multitudine diuitiaꝝ suaꝝ Et quantū ad secundū constat q̄ auari q̄ iniuste retinēt bona alioꝝ nō firmiter credūt deū esse summe iustum. nam experientia docente multi illoꝝ potius q̄s restituerent iniuste retenta incurrerent periurīū. z cū iurare sit idez q̄ deū in testē vocare. patz q̄ tales vellent deū phibere testimoniū eoꝝ falsitati z iniusticie. z p conse quens nō credūt deū esse summe iustū. Et quantū ad tercīū certū est q̄ non credūt iesuz xp̄m esse dominum suum. sup omnia metuendū. Et hoc ostendit per exemplum. Si enim talis auarus haberet iuxta se manentem aliquem potentem dominum terrenum. cuius manus nō posset effugere. nec ei⁹ offensam sine mortis periculo sustinere vehement timeret dominū illum offendere. sed non obstante q̄ scriptura clamat q̄ pater omne iudiciū dedit filio Jobā. v. Et nemo est qui de manu eius iudicij pōt eruere. nec eius offensam sine piculo mortis eterne sustinere tamē tales auari non timēt deum offendere. nec mandata eius preterire. et in hoc vt videt peiozes sunt q̄s demones. qz vt dicit apostolus Jaco. ij. Demones credūt z contremiscunt. Et ex istis patet aliqualiter quomodo iste primus p̄n ceps cum suo secundo milite impugnat secundaz portaz ciuitatis ecclesie zc. ¶ Tercia em̄ porta que est in primo latere predicte ciuitatis ecclesie est ter cius articulus fidei quē composuit Jacob⁹ maior qui est iste. Qui ꝓceptus est de spūsancto. natus ex maria virgine. ¶ Pro quo notandū q̄ in hoc q̄ di citur Conceptus est de spūsancto. intelligit q̄ con ceptus est sine culpa. nam oportebat omnino sine culpa esse quod de spūsancto erat. sicut dicente an gelo. Quod natum est in ea de spiritusancto est et erat Mat. j. capitulo. Et sicut conceptus est de vir gine sine culpa. ita natus est de virgine maria sine matris pena. Sed hunc articulum impugnat pri mus p̄nceps cum suo tercio milite qui est inordi nata diuitiarum dilectio. ¶ Pro cuius de claratione est notandu q̄ sicut beata virgo maria concepit dominū nostrum iesum christuz per ope rationem spūssancti in ventre. sic deberet quilibet homo iustus concipere euz in mente per fidē. Un de z intrauit filius dei prius in mentē virginis per fidem q̄s in eius ventrem ad incarnandum. Unde Luce. j. dixit Elizabeth ad beatam virginem mariā Beata que credidisti perficient in te ea que dicta sunt tibi a domino. Et sicut dicit sanctus August. per hoc q̄ iesus christus ꝓceptus est de spūsancto in mundissima virgine maria sine aliqua macula peccati intelligitur q̄ qui voluerit eum in mente p fidem perfectam concipere oportet q̄ mundus sit a peccato. Unde super illud Marci vltimo. Qui crediderit et baptisatus fuerit saluus erit. Dicit Glosa. q̄ in ista auctoritate saluator copulat mun diciam baptismalem cum credulitate. nec interpo suit inter illa nisi coniunctionem copulatiuam. in illa enim quasi faciens matrimonium inter credu litatem et cordis mundiciam. tanq̄ inter sponsum et sponsam. istud enim matrimonium est tam fide le et tam amoroſum. q̄ si recedat sponsa a viro suo hoc est mentis mundicia a fide per corruptionem peccati. statim moritur sponsus. scilicet fides. sed cum auari qui inordinate diligunt terrenas diui tias mentem habent coruptam. sequitur q̄ in eis moritur fides. Unde apostolus. j. Thy. vj. Radix omnium malorum est cupiditas quam quidaz ap petentes errauerūt a fide. Et cum dicit apostolus ad Hebreos. xj. Sine fide impossibile est placere deo. Et auari predicto modo errant a fide. patet q̄ merito dicit dīs noster iesus xp̄us Matth. xix. q̄ facilius est camelium p foramen acus transire q̄s diuitem intrare in regnum celoꝝ. saltez nisi ex spe ciali misericordia deus det sibi gratiam sarcinā di uitiaꝝ tempestiue a se expellere. z ideo dicit ap'lus Apoca. viij. Ve ve habitantib⁹ in terra. hoc est ve diuitib⁹ qui falsis medijs bona temporalia acq runt ve qui diuitias terrenas iniuste retinent. z ve diuitib⁹ qui inordinate diuitias terrenas diligunt Et ex istis patet qualiter predictus p̄mus p̄nceps scz spūs auaritie cū tribus suis militibus. id est cū tribus predictis auaritie speciebus conat destrue re predictos tres primos fidei articulos q̄ sunt q̄si porte in primo latere ciuitatis ecclesie. Iste enim primus p̄nceps scz mammona siue spūs auaritie figurat in historia supra tacta. Danielis. vij. ca. per primum ventū qui flatu sue temptationis excitat in corde scilicet peccatoris primā bestiā p quam signatur peccatū auaricie cuz suis tribus speciebus quibus vt supra dictū est impugnant predicte tres porte ciuitatis ecclesie. Unde prima bestia que su scitabat de mari erat quasi leena z alas habebat q̄si aq̄le Et aspiciebat daniel donec euulse erāt ale ō bestiaꝝ sblata erit bestia de ꝛra. z sup pedes ei⁹ stetit sic hō z cor eius datū est ei. ¶ Spūalit p hāc bestiā signat peccatū auaritie cū eius p̄dictis tribus spe ciebus quas predictus spūs auaricie in corde viri auari suscitat. Ubi sicut leena stans in spelūca sua insidiat bestijs transeuntib⁹ p viā vt irruat in eas. Sic raptores auari paupib⁹ ponūt insidias vt bo

na sua crudeliter raptat. Dicēte ꝓpha. Insidiat ꝙsi leo in spelunca sua vt rapiat pauperez. Hec bestia alas habet sicut aquile. Aquila em̄ est auis subtilissimum habens visum. sic simliter auarus homo valde subtilem habet visum ad decipiendum. z ad defraudandū ꝓmum. Per duas alas huius bestie intelligunt due ꝓme ꝑdicte species auaricie. Unde ꝓma ala est sapientia mūdana quā habet auarus hō ad iniuste querendū bona suoꝝ ꝓmorum. sed sicut dicit apl's Jacobi. iij. c. Non est ista sapientia desursuz descendens. ꝫ terrena animalis z diabolica. Et ideo merito dicit Apl's. j. Cho. iij. q sapientia huius mūdi stultitia est apud deum.

¶ Secūda ala huius bestie est prudentia mundana quaz habet auarus homo ad iniuste retinendū male acquisita. ꝫ certe prudentia ista est prudentia generans mortē. de qua loquit apl's ad Ro. viij. dicens. Prudentia carnis mors est scilicet eterna de istis em̄ maledictis alis loquit ꝓpheta Hiere. ij. capitulo dicens. In alis tuis inuētus est sanguis pauperem. sed tamē sicut predicte bestie quā viderat Daniel tandem ale erant euulse. Sic spūaliter a tali auaro raptore. quando mortē euellent iste ale scz sapientia z prudentia mundana quibus falsse acquisiuit z iniuste retinuit bona ꝓmoꝝ suoꝝ Unde dicit apl's. j. Choꝝ. j. Scriptū est. ſ. p ꝓphetam Perdam sapientiā sapientum et prudentiam prudentū reprobabo. Et sicut dicit pō. Cum interierint non sumēt omnia. nec descēdet cū eis gloria eoꝝ. sed relinquent alienis diuitias suas. z sepulchra eoꝝ domus illoꝝ ineternū. Unde z tunc sic̄ predicta bestia quaz viderat daniel sublata erat de terra z stetit sup pedes ei⁹. Sic talis auar⁹ hō randem sublatus erit a terrenis affectionibus z stabit sup opera sua ꝓpria in quib⁹ pedes siue anime affectionis posuit in hac vita. siue bona siue mala. z sic̄ predicte bestie quā viderat daniel dabit coz eius. sic tunc tali auaro dabit coz eius. quod tū per totā vitam suā dabat diuitijs. iuxta illud Mat. vj. Ubi em̄ est thesaur⁹ tuus ibi est z coz tuū. ſ. p inordinatum amorē qui est tercia species auaricie. Sz post mortē coz auari dabit ei. qz tunc clare ꝑcipiet q diuitie quas prius male acquisiuit. iniuste retinuit. z inordinate dilexit in maxima necessitate non pūt eum adiuuare. Et ideo merito tunc tales auari dicere possunt illud Sap. v. Lassati sum⁹ in via iniquitatis z pditionis et ambulauimus vias difficiles. viam aūt dñi non ambulauim⁹. quid ꝓfuit nobis superbia aut diuitiaꝝ iactantia quid cōtulit nobis transierunt omnia illa tanq̄ vmbra ꝛc.

Capitulum XXXV

In secunda parte predicte ciuitatis ecclesie vt dictū est sunt etiam tres alie porte p quas intelligunt tres alijs articuli fidei. Quoꝝ primus z quartus in nūero duodecim est iste. Passus sub pōtio pilato. crucifixus. mortu⁹ z sepult⁹. Scōs etiā z quint⁹ in numero duodecim est iste. Descendit ad inferna. tertia die resurrexit a mortuis. Tercius etiā z sextus in nūero duodecim est iste. Ascēdit ad celos. sedet ad dextram dei patris omnipotentis. Ad istas em̄ tres portas applicauit secūdus predictus ꝓnceps tres suos milites. vt portas istas destruat. z ciuitatem ecclesie in miserabilē seruitutem redigat. Iste em̄ secundus ꝓnceps vt predixi est lucifer spūs superbie. cuius tres milites sunt tres spēs supbie ꝑncipales. videlcet inordinat⁹ appetitus ꝓprie excellentie. iactantia de aliquo dono diuine clementie z inordinatus appetit⁹ laudis humane. ¶ Primus igit̄ istoꝝ militū ꝓtrariat̄ primo istoꝝ triū articulorum qui est ꝓma porta scōi lateris ciuitatis ecclesie quem articulū siue portam ꝓposuit sanctus iohannes euangelista sub his verbis. Passus sub pōtio pilato. crucifixus. mortuus z sepultus. ¶ Pro cuius declaratione est notandū q sicut dicit apl's. j. Petri. ij. Christus passus est ꝓ nobis. nobis relinquens exemplū vt sequamur vestigia ei⁹ Unde in isto articulo quatuor tangunt de christo in quib⁹ imitari debemus vestigia ei⁹. ¶ Primo dñs noster iesus xp̄us passus est iniuriā magnam sub pontio pilato. Scōo posit⁹ est in cruce ꝓ amore quem habuit generi hūano. Tercio in cruce positus perseuerauit vsq̄ ad mortem in maximo opprobrio. Et quarto post mortez de cruce depositus sepultus est in sepulcro. Primo em̄ dñs noster iesus xp̄s est passus magnam iniuriam sub pōtio pilato. in hoc dando nobis exemplū humiliter z patienter sustinere iniurias nobis ab impijs illatas. vnde impij sunt quasi virga quā deus omnipotēs in manu sua tenet z cum qua castigat suos electos quos teneriꝰ diligit q̄ mater filiū suū dicente ipso ꝓ ꝓpheam Isa. xlix. Nunquid obliuiscī pōt mulier infantem suū. vt nō misereat filio vteri sui z si illa oblita fuerit ego tū nō obliuiscar tui ait dominus omnipotēs. Ideo sicut puer si discretiōem haberet nō multū timeret virgam quaz mater sua amantissima ꝓ bono suo z nō ꝓ malo in manu sua tenet. Sic vir iustus z prudens non multū timeret ipm̄ q̄ est q̄si virga quā deus in manu sua tenet ad castigandū suos electos pueros. ꝫ ꝑsiderat q sicut pia mater cū virga filiū suū castigat z postq̄ ipsum castigauerit virgam in ignē ꝓjcit. Sic impij tyranni sunt virga dei quib⁹ castigat deus omnipotens suos electos z postea ipsos tyrannos ꝓjcit in ignem eternū. Exemplū huius habem⁹ de israelitico populo quos deus sub seruitute pharaonis grauiter afflixit in egipto. z postea Pharaonē cum suo exercitu suo submersit in mari rubro. z in ignem projecit eternum vt patz Exodi. xiiij. Ideo sicut humilis z obediens puer videns matrem suam tenentem virgam in manu sua ad ipsum castigandum potius habet oculum ad matrem miseri cordiam postulando q̄ ad virgam que non potest sibi nocere nisi ad matris voluntatem. sic vir iust⁹ potius haberet oculum ad deum eius misericordiam postulando. q̄ ad persecutorem quez deus omnipotens in manu sua tenet. et qui nihil sibi nocere potest nisi ꝑm q deus permiserit. Unde super illud psalm̄. Timeat deum omnis terra. dicit quidam doctor. Cupiditatem nocēdi per te habes. potestatē aūt nocēdi nisi de⁹ dederit nō habes vñ ꝓpe hō añ pilatū stās ait. Nō hēres in me ptātē nisi tibi datū desup. Et iō ad būlit̄ z patiēter sustinēdū

persecutionem nobis ab impijs illatam ad exemplum domini nostri Jesu christi monet nos apls ad philip.ij.dicens. Hoc aũt sentite in vobis quod et in christo iesu. hoc est. sentite in cordibus vestris humilitatem ⁊ patientiam iesu christi qui cum in forma dei esset. s. idem in essentia cũ patre. non rapinam. id est non per rapinã vsurpauit diuinã potestatez. sed in rei veritate in suis operib⁹ arbitrat⁹ est id est ostendebat se equalem potestate patri. sed non obstante ista excellentissima potestate. tamen exinaniuit semetipsum. s. maxime humiliauit. formam serui accipiẽs. id est naturã humanaz in qua maximã humilitatẽ ⁊ patientiam ostenbebat. vnõ subdit Humiliauit semetipm factus obediens vsq; ad mortem ⁊ hoc vsq; ad mortem ꝓtemptibilissimam scilicet mortẽ crucis. ¶ Secundum tactuz in hoc articulo in quo dñm nostrum Jesum xpm imitari debemus est. q; xps positus est in cruce p amore nostro. et hoc inter duos latrones. vt patet Mat. xxvij. in hoc dando nobis exemplũ ad seq̃ndum vestigia eius. vnde ẽlug. sup illud Philip. ij. In charitate radicati ⁊ fundati. sic scribit. Christus inquit non frustra elegit tale genus mortis. s. mori in cruce inter duos latrones. sed per hoc voluit docere q; oportet nos interiorẽ hominẽ nostrũ crucifigere inter duos latrones. s. carnem ⁊ mundũ. si voluerimus iesum xpm sequi crucifixũ. Et dicunt caro ⁊ mundus latrones. q; tanq; latrones pessimi totis viribꝰ laborant animam spoliare diuitijs spiritualibus ⁊ eam interficere. ⁊ a vita que est deꝰ separe. Crux enim in qua inter istos duos latrones debemus interiorẽ hominem crucifigere est penitentie crux. que ad modum crucis habet quatuor brachia. quoz primũ est humilitas cordis. Secundum est misericordia siue pietas subueniens alienis miseriis. Terciũ est luctus de peccatis ꝓprijs. Quartũ est patientia in ꝓtumelijs aduersitatibꝰ ⁊ tribulationibus mũdanis nobis illatis. ¶ Primũ igit̃ brachiũ huius crucis. s. pars deorsum ꝓtensa est cordis humiliatio includens veraz de peccatis confessionem. hanc partẽ crucis p penitentie assumpsit sup se david rex ⁊ ꝓpheta. de quo legit. ij. Reg. vltimo capi. q; postq; peccauit ꝓtra voluntatez dei numerando populũ suum. humiliter confessus est peccatũ suũ dicens. peccaui valde in hoc facto. sed precor domine vt transferas iniquitatẽ serui tui. q; stulte egi nimis. Item dominus noster iesus christus nobis dando exemplum. vt testat apostolus ad Philꝯ. ij. capi. Humiliauit semetipm factus pro nobis obediens vsq; ad mortem. mortẽ aũt crucis Et cum teste beato Greg. Omnis christi actio nra est instructio. patet q; oportet volentẽ ascẽdere cuz domino nostro iesu christo in celum sequendo ipsum prius ascendere crucem penitentie p humilitatem. In cuius rei figura legit. j. Reg. xiv. q; ascẽdit Jonathas clinuz montis reptans manibus et pedibus ⁊ armiger eius post eum. Spiritualiter Jonathas signat christum qui montem celi ascendit prius tamen manibus ⁊ pedibus in cruce affixis. Armiger vero eius qui sequit eum est quilibz fidelis christianus qui in ꝓfecta humilitate sequit vestigia christi. Quez sic alloquit dominus noster iesus xps Johannis. viij. Qui sequit me non ambulat in tenebris. ꝫ habebit lumen vite. Unde prouer. xxix. capitu. Humilem spiritũ suscipiet gloria ¶ Secundũ brachiũ superius siue sursuz ꝓtensuz predicte crucis est misericordia siue pietas subueniens alienis miseris. Sed sicut dicit Linconi. dicto scõo Misericordia est amor siue voluntas releuandi miserum a miseria sua ⁊ tunc est vera misericordia. cum hec volũtas tam intensa fuerit q; compellat volentem suũ velle in actũ ꝓcedere si possit sed maxima miseria in qua potest quis inuolui in hac vita est peccatũ mortale. q; p talem miseriaz efficit̃ peccator seruus dyaboli. Dicente apl̃o. ij. pet. ij. ca. A quo quis superatus est ei⁹ seruus est. De ista eñ misera seruitute dicit̃ Deut. xxviij. ca. Seruies inimico tuo quã mittet tibi deus in fame ⁊ siti ⁊ nuditate ⁊ omni penuria. ⁊ ponet iugũ ferreũ sup ceruicẽ donec te conterat. Adducet dominus sup te gentẽ de longinquo ⁊ de extremis terre finibus in solitudine aquile volantis cũ impetu. cuius linguam intelligere non possis. gentẽ ꝓcacissimam q; non deferat seni nec misereat̃ paruuli ⁊c. Sed ab ista misera seruitute nõ potest peccator liberari sine speciali dei misericordia. q; nemo põt dimittere peccata nisi deus omnipotens vt dicit beat⁹ Aug. Et si quis voluerit deum misericorditer dimittere peccata sua oportet q; ipse sit misericors. q; teste apl̃o Jacobi. ij. capi. Judicium sine misericordia fiat illi q; nõ facit misericordiã. ⁊ cũ misericordia vt dictũ est. sit amor siue volũtas releuãdi miserũ a miseria sua. patet q; oportet peccatorẽ volentẽ misereri misericordiã dei obtinere. habere amorẽ ⁊ volũtatez inq̃ntuz sufficit ad releuandũ seipm ab illa miseria peccati. Sed hunc amorẽ ⁊ voluntatẽ nõ hz peccator q̃diu volutarie retinet seipm in peccato. ⁊ per consequens q̃diu voluntarie retinet seipsum in peccato ꝓtemnit misericordiã dei. ⁊ ideo merito tãdiu dei misericordia est indign⁹ ⁊ ideo nõ sic sed scõm consilium spiritussancti dicentis. Ecclesiastici. xxx capitulo Miserere anime tue placens deo.

¶ Tercium brachiũ predicte crucis penitentie est luctus de peccatis ꝓprijs. Pro quo notandum q; quatuor specialiter mouerent peccatorem pro peccatis suis lugere. Primum est q; deum suum amicum specialissimum per peccatum suũ grauit̃ offendit. Secundũ est q; dyabolũ suũ capitalẽ inimicũ p pcm̃ ad suam voluntatẽ ꝓplacuit. Terciũ est q; ꝓpter suum pcm̃ pdidit hereditatẽ celestem. Et quartum est q; ꝓpter momentaneã delectatiõez quam habuit in peccato eternũ supplicitũ meruit. hoc enim ꝓsiderando magnam causam hz quilibz pctor acerrime sua deflere ⁊ lugere pcta. quod tũ si pfecte fecerit p talem luctum potest iteruz deo suo placere. ⁊ dyabolũ vehementer ꝓtristari. hereditatẽ celi recupare. ⁊ supplicium eternũ euadere. Et ideo merito dicit christus Matth. v. capitulo. Beati q̃ lugent quoniam ipsi consolabunt̃ ¶ Quartum brachium predicte crucis penitentie est patientiaz in contumelijs ⁊ aduersitatibus ⁊ tribulationibus mundanis ⁊ sicut in cruce materiali si quartũ brachium deficiat nõ est crux perfecta. Ita crux penitentie non est perfecta nisi homo patientiaz in om-

dicta ⁊ visa sunt exprimẽs si vera an falsa sint. q̃ audiens in quo habitu esset excitatus intellexit hũc samuelẽ esse. qõ intellexerit retulit. ⁊ qr nõ bene intellexit ꝓtra scripturã aliũ adorauit q̃ deũ ⁊ putauit samuelẽ ⁊ adorauit dyabolũ vt fructus fallacie haberet sarbanas. ad hoc em̃ vt adoret quasi deus si vere samuel illi apparuisset. nõ vtiq; vir iustus ꝓ misisset se adorari q̃ ꝑdicauerat deũ solũ esse adorandũ. ⁊ quõ hõ dei qui cum abraam in refrigerio erat diceret ad virũ pessimẽtie dignũ ardore gehẽne Eras mecũ eris. j. Regũ. viij. His duobus titulis subtilitatẽ fallacie sue preuidit improuidus sathanas. qr ⁊ adorari se ꝑmisit sub habitu ⁊ noie samuelis cõtra legẽ ⁊ virus peccatis presſum cũ magna distantia peccatoꝝ ⁊ iustoꝝ. sic tamen samuele iustissimo futurũ. s. esse in crastino mẽtitus est. verus potest dici verũ põt videri. si de samuelis noie taceat. qr saul cũ dyabolo futurus erat. ad eũ em̃ trãs migrauit quẽ adorauit. semp igit dyabolus sub velamine latẽs ꝓuidit se dũ ea cõfingit que adherent pſonis ꝑ quas fallere nitit. Si aũt quilibet opponit ⁊ dicit. quõ eueniunt illa q̃ illi diuini ꝑdicũt futura. aut põt egris prebere medelã. aut sanis immittere egritudinẽ. si aliq; ꝓprie virtutis ac potestatis nõ habeant. hoc a nobis recipiat rñsum q̃ ideo quisq; nõ debeat eis credere. qr aliqñ eueniunt q̃ ꝑdicunt aut sanare videnť langnidos aut ledere sanos. qr hoc ꝑmissu dei fit vt ipi qui hoc audiũt vel vident ꝓbent ⁊ appareant q̃li fide sint vel deuotione erga deum. sicut ⁊ deutero. xiij. legit moysen ex verbo dei ꝑceptisse ꝑplo ita dicẽs. Si surrexerit in medio tui ꝓpheta aut q̃ somniũ dicat se vidisse. ⁊ ꝑ dixerit signũ atq; portentũ. ⁊ venerit qõ locut⁹ est. et dixerit vobis. eamus ⁊ sequamur deos alienos quos ignoramus ⁊ seruiamus eis. nõ audies ꝟba ꝓphete huius aut somniatoris. qr temptat vos dominus deus vt palã fiat vtrũ diligatis eũ an nõ. et in toto corde ⁊ in tota anima vestra dñm deum sequamini. ⁊ ipm timete ⁊ mãdata eius custodite. et audite vocem illius. ipsi seruietis ⁊ ipsi adherebitis. vbi sane intelligi voluit. ⁊ illa que a diuinãtib⁹ nõ fm deũ dicunť. si acciderint que dicunť nõ sũt sic accipiẽda vt fiant que ꝑcipiunť ab eis aut colãtur que colunť ab eis. nec ꝓter suã potestatẽ deus ostẽdit esse q̃ cõtingunt ista. sed quasi quereret cur ea permittit cãm temptationis exposuit. ad cognoscendũ vtiq; eoꝝ dilectionẽ vtrũ eam habeãt erga deũ suũ. cognoscendũ vero potius ab ipsis q̃ ab illo qui scit oia anteq; fiant. Hec aug⁹. Itẽ idem et ponit in ca. xxvj. q. ij. illud qõ est. Nõ em̃ inquit qr imago samuelis mortui vera saulí ꝓnũciauit. propterea talia sacrilegia q̃bus illa imago presentata est nimis exercenda sunt. aut qr in actibus apostolorũ femina ventri loquia .i. femina que in ventre suo habuit demonẽ qui in specie illi⁹ mulieris loquebat verũ testimoniũ ꝓhibuit apostolis domini. ideo paulus apl's pepercit illi spiritui. ac nõ potius feminã illius demonij correctione atq; exclusione mundauit. Dẽs igit artes hmõi vel nugatorie vel noxie superstitiones ex quadã pestifera societate hoim ⁊ demonũ quasi pacta infidelis ⁊ dolose amicicie constitute penitus sunt repudiãda ⁊ refugienda a christiano. Hec aug⁹. Itẽ wynkelegh in tractatu suo de descriptione ⁊ origine viciorum. Intendunt inquit demones perditionẽ hoim. ⁊ si aliqua vera dicãt intendũt hoies assuefacere vt credãt eis. ⁊ ꝑ hoc viam habeant efficaciter psuadẽdi aliquid quod est humane saluti cõtrarium. Unde athanasius exponẽs illud Luce. x. Increpauit illũ dicens. obmutesce. Quãuis inquit vera fateret demon. ꝓpescebat tñ christus eius sermonẽ ne simul cũ veritate etiã eius iniquitatem ꝓmulget. vt nos etiam assuefaciat ne curem⁹ de talibus etiamsi loqui vera videanť. Nephas em̃ nobis est vt cũ asserit nobis scriptura diuina a dyabolo instruamur. Si tñ dyabolus ⁊ nõ inuocatus occurreret homini bene liceret ipsum virtute diuina compellere vt ad interrogata veritatẽ respondeat. sicut dicit dñs Matthe. v. interrogans demonẽ. qõ tibi nomẽ est ⁊ respõdit. legio. multi em̃ sumus. Unde dicit venerabilis Beda. Non velut inscius dñs inquirit. q̃ vt cõfessa peste quã tolerabat ꝟtus creatis gratior emicaret. Aliud aũt est querere a demone spõte occurrente qõ q̃q; licet ꝓpter vtilitatẽ aliorũ. maxime qñ ꝟtute diuina põt cõpelli ad vera dicẽda. Et aliud est demonẽ inuocare ad cognitõem occultorũ querendũ ab ipso. hec vulkelegh. Itẽ beat⁹ augustinus in libro suo õ natura demonũ. ⁊ ponit in cano. xxvj. q. iij. sciendũ. Sciendũ inq̃t est hãc naturã esse demonũ vt aerei corpis sensum terrenorũ corporũ sensum facile ꝓcedant celeritate. etiã propter aerei corporis superiorẽ mobilitatẽ. non solũ cursus quorũlibet hoim vel ferarũ. verũetiã volatus auium incomparabili tervincant. q̃bus duab⁹ rebus quantũ ad aereum corpus ptinet p̃diti. hoc est acumine sensus ⁊ celeritate motus. Multa aũt cogitata ꝓnunciant q̃ hoies ꝓ sensus terreni raritate mirant. Accessit etiã demonibus per tam lõgum tempus quo eoꝝ vita ꝓtenditur rerum lõge maior experiẽtia q̃ possint homines ꝓtervite brevitatem pertinere. Per has enim efficacias quas aerei corporis natura sortita est. non solum multa futura predicunt demones. verumetiam multa faciunt. que quoniã homines dicere. aut facere non possunt. eos dignos quidem quibus seruiãt ⁊ quibus honores diuinos deferãt arbitrant. instigante maxime vicio curiositatis ꝓpter amorem felicitatis false atq; terrene ⁊ excellentie temporalis. Hũc igitur quoniã de diuinatione demonũ questio est. Primum sciendũ est illos ea plerũq; ꝓnunciare que ipsi facturi sunt acciꝑt sepe potestatẽ ⁊ morbos immittere. ⁊ ipsum aerem vitiando morbidũ reddere. ⁊ pertersis atq; amatoribus terrenorum commodoꝝ malefacta suadere. de quorum moribus certi sunt q̃ sunt eis talia suadentibus consenturi. Suadent autem miris et mirabilibus modis per illã subtilitatẽ corpa hominũ non sentientium penetrando. ⁊ se cogitationibus eoꝝ per quedam imaginaria visa miscendo. siue vigilantium. siue dormientium. Aliquando autem non que ipsi faciunt. sed q̃ naturalibus signis futura prenoscunt que signa in hominum sensus venire non possunt ꝑdicunt. Neq; em̃ quia preuidet medicus quod preuidere nescit huius artis ignarus. nõ ideo ex

diuinis habēdus est. Quid autem mirum si quēadmodū ille corpis humana vel turbata vel mortificata tempie seu bonas seu malas futuras puidet valitudines. sic demones in aeris infectiōe sibi notas. nobis ignotas futuras preuidēt tempestates. Aliqñ hoim ⁊ dispositiones nō solū voce prolatas verūetiam cogitatione cōceptas. cum signa q̄dam ex animo exprimunt in corpore tota facilitate prodescūt atq; hinc etiaz multa futura pronūciāt. alijs videlicet mira que ista disposita nō nouerunt. fallunt etiam studio fallendi et inuida voluntate qua de hoim errore letant. Sed ne apud cultores suos pōdus auctoritatis amittant vt interpretib⁹ suis signorūq; suoz directoribus culpa tribuat. qñ ipsi decepti fuerint vel mentiti. Nonnūq; vero ipsi maligni spūs ⁊ illusores hoim atq; inuasores salutis eoz solent predicere defectum culture sue. ⁊ ydolorum ruinam quatenus prescij videant quid in singulis regnis aut locis venturū sit. Et quid aduersi sue factioni cōtingere possit. quod etiā illi q̄ gentilium hystorias legūt non ignorāt. Quid igit mirū si iam imminēte temploz ⁊ simulachroz euersione quā ꝓphete dei summi tanto ante pdixerūt serapis demon alicui cultoz suoz hoc de proximo ꝓdidit vt suam quasi diuinationē recedens vel fugiens cōmendari. q; ante dispositiones hoim cogitatione cōceptas per exteriora signa dyabolus deprehendat nō firmissima rōne videnť approbatū. hec Augu. Item Gratianus ca. xxvj. q. v. qō ante. Est inquit quoddam genus ydoloz ex demonū ꝓsultationibus futura predicere. sicut etiam auarus. q; cultū deo debitū minime impendit. ydoloz cultor ab apostolo nominat. Sic illi q̄ futura inueniunt vel demonū cōsultatione. vel quibuslibet pstigijs inuenire laborant diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura eñ prescire solius dei est. qui in sui ꝓtemplatione ⁊ angelos illa prescire facit. vñ Ysa. ait. Priora ⁊ nouissima annunciate mihi ⁊ dicam q; dij estis. Hec ille.

Capitulum LII

Quarta species artis

q magice est phytonomancia. Et est phytonomancia diuinatio p phytones. hoc est p hoies viuos arrepticos et demoniacos. Pro q̄ notandū q; scōm Januen. appollo dictus est phyton. id est diuinator. q; apollo auctor fuit phytonice diuinationis. vnde ⁊ a phytone apolline dicitur phytonicus. a. um. i. diuinator vel incātator phytonico spū plenus. Et phytonissa. i. diuinatrix phytonico spū plena. sed ⁊ diuinatio ista sicut ⁊ alie pdicte est a deo interdicta. Vñ Deut. xviij. ca. Nō inueniat in te qui ariolos scisciteť vel obseruet somnia atq; auguria. nec sit maleficus incantator neq; phytones cōsulat nec diuinos nec querat a mortuis veritatē. oīa eñ hec abhominat dñs. Item Leuiti. xx. Anima que declinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit cum eis. ponā faciē meā contra eā ⁊ interficiam illū de medio ppli mei. Et sequitur. vir siue mulier in quibus phytonicus vel diuinationis fuerit spūs morte morieť. lapidib⁹ obruent eos. sanguis illoz sit sup illos. ⁊ ideo sicut dī. j. Reg. xxviij. Saul abstulit magos ⁊ ariolos de terra ⁊ interfecit eos q̄ phytones habebāt in ventre. ꝫ tñ sicut patet eodē capit. cito post ipsemet ꝓsuluit mulierē phytonissam. ⁊ iō vindicta dei irruit super eum. vnde. j. Paral. xviij. phytonissam ꝓsuluit saul. nec speranit in dño ꝓpter qō interfecit eum dñs. et trāstulit regnū eius ad dauid filiū ysai. Et hec cōsiderās ille nobilis rex Josias q; vt dicit. iiij. Reguz xxiij. phytones ⁊ ariolos ⁊ figuras ydoloz ⁊ immundicias abhominationesq; q̄ fuerāt in terra Juda ⁊ hierm abstulit. De pdictis eñ q̄ttuoz specieb⁹ magis in florario Bartho. titulo de sortilegio sic scribit. Magicā vero artē puto ꝓsistere in incātatōib⁹ ⁊ carminibus ⁊ sacrificijs demonioz in apparentijs fantasticis. in defunctoz allocutōib⁹ ⁊ somniorū interptationib⁹ vel illusionibus. oia ista species heresis sunt. ⁊ qui his spem accomodāt a deo recedūt. ⁊ in religione christiana apostate sunt. hec ibi. Sed hic dubitať. vtrū ars magica sit rationabiliter hoīibus interdicta. i. phibita. Et q; nō multiplicit er suadeť. Et primo sic. ad honorē videť esse dei q; hoies aliqñ virtute nominū diuinoz vel euangelij vel sacramentoz ecclesie possunt demonibus imperare vt eis obediāt. ⁊ ad interrogata respōdeant sed hoc in arte magica frequēter cōtingit. q; demones p virtutē nois dei inuocati ⁊ adiurati. ⁊ ad interrogata ab eis veraciter respondēt. igitur ars ista nō est hoibus rationabiliter phibēda. Item ad artē magicā pertinere videť vti imaginib⁹ ad curaz hominū spectātibus. sed hoc pōt fieri naturaliter. igit ars ista est licita. minor probať per illud qō narrat cōmentator super sortilegiuz. vbi narrat se vidisse quendā qui sculpsit figurā scorpionis in lapide in quattuor eius angulis. luna existente in signo scorpionis. ⁊ quicqd postea impressionem illius sigilli habebat. siue cera siue incensu a morsu scorpionis curabat. sicut ipsemet cōmentator testať se vidisse. Item quondā londonijs quidam dicebatur curari a quartana per imaginē leonis aureā scōm certas constellationes factam. sed hec non fiebant nisi per naturam. igitur vti huiusmodi imaginib⁹ ad curā hominum spectantibus est naturale. et p consequens nō rationabiliter prohibitum. Item irrationabiliter est prohibere illud quod a diuersis est expertum. sed diuersi sunt experti q; quedaz negocia malos euētus denūciant. sicut obuiare lepori signat malum ⁊ obuiare bufoni bonum. Item multi ꝓbauerūt q; occursus religiosi est frustratio artis venationis. igitur licet illo vti. ⁊ scōm hoc pcedere vel dimittere. Item vestes corrodi a soricibus signat q; hō cito a domo sua recedet. et multa huiusmodi habenť pro expertis. ⁊ maxime a multeribus quibus plus vacat talia considerare. q̄ sunt signa infortunij. igit irrationabile est talia prohibere. Item narrat Petrus comestor in hystoria ecclesiastica sup euāgelia. q; inter iudeos fuerūt quidam exorciste qui per exorcismos factos a salomone demones ejiciebant. ⁊ maxime apposita radice cuiusdam herbe in naribus obsessi. igitur hoc videtur naturale. Et confirmat quia dicit cōmuniter q; herba Johannis que ⁊ perforata dicitur fugat demones per naturaz. Item confert vis naturaliter

caracteribꝫ ex signis ⁊ stellis celestibꝫ. sed cū re naturali vti licet applicādo ad effectū cōsequentē sequit̄ q̄ ars ista est licita. ¶ Ad oppositū est bea. augustinus. ij. de doctrina christiana vbi dicit q̄ ad superstitiōem ptinēt volumina magicarū artiū. ⁊ ligature q̄ medicoꝝ quoq; disciplina ꝓtemnat siue int̄ ꝓtationibꝫ siue in quibuscūq; notis quas caracteres vocant. Dēs inquit hmōi obseruationes pertinēt ad quedā pacta significationū cū demonibus inita. ex quo sequit̄. q̄ ars ista est oīno illicita. ¶ Ito dicit̄. q̄ hanc questionē monet Holgot in lectura libri sapiētie lec. cxcj. ⁊ rñdet concedēdo questionē. Vñ inquit ars magica dicit̄ illa superstitiosa obseruātia qualiscunq; fuerit q̄ auxilio vel cōsilio demonū ad hoc p̄cationibꝫ vel pactionibus notatorū complet̄. Vbi primo est sciendū q̄ demones antiquitus tempore ydolatrie multas obseruantias hominibus reuelarunt ad certos effectus causandos. quos effectus demones causabant ad decipiendū homes ⁊ cōtrahendū cū hoibus familiaritatē ad fallendos eos finaliter. ⁊ inter talia videtur ars natatoria locū tenere. per quam artē suadet̄ omnē scientiā possibilem posse homini acquiri per impfectionē quarundā figurarū ⁊ orationibus dicendis cum quibusdam obseruationibus. sed ars ista vel totaliter inefficax est qđ mihi est credibile. vel per reuelationē demonū potest haberi illius artis ꝑncipijs obseruatis. que sunt valde difficilia. sicut patet artis codices intuenti. ¶ Ulterius est notandum q̄ inter ea que sunt hoibus per demones reuelata quedam cōtinent expressas demonū inuocationes sicut patet de modo includendi spūs. et in alijs demonū scisitationibꝫ. ⁊ quedam alia seruitia in exhibitione rerū. et in sacrificijs demonijs exhibitis. ⁊ quedam cōtinent alias vanitates que oīa demones ordinauerūt. Demones cm̄ accedūt homes non coacti sed sponte. ⁊ quasi ex quodā pacto efficiunt effectus quos antiquitus ꝓmiserūt. ⁊ in talibus consistit tota ars magica. ¶ Insuper est notandū q̄ talia que obseruant̄ respectu futurorū euentū. vel obseruant̄ vt cause euentū. vel vt signum euentū tm̄. si sicut caute. considerandū est aūt an illud obseruat̄ qđ taliter posset esse vera causalitas respectu futuri euētus qui expectat̄. vel nō si sic nullū peccatū est illud obseruare. sicut si videmus aerem nebulosum nimis. dicim⁹. erit nix. pluuia vel grando vel aliquid tale. Si vero nulla causalitas posset intendi. sed tm̄ diceret̄ q̄ illud signat talem euentū futurū. sicut q̄ pice garriunt dicitur q̄ signat aduentus hospitū. sed q̄ illa signatio sicut cetere huiusmodi nō sunt a deo instituta. dicūt doctores q̄ hmōi obseruationes signoꝝ sūt introducte ab humana vanitate cooperante demonū malicia qui gaudent implicare homines vanitatibus ⁊ erroribus ⁊ ideo sunt omnino illicite. vñ primo casualiter accidit q̄ tale signū talis euētus seq̄batur. sed postea q̄ homines ceperunt nimis talibus indulgere. multa sequebant̄ per cooperationes demonū. vt homines magis fierent curiosi et artius essent in talibus superstitionibus radicati. Qualiter aūt discerni possit an ex arte magica seq̄tur effectus. vel ex natura rerū creatarū est in quibusdam casibus nimis difficile. q̄ tm̄ sic est q̄ nulla causalitas naturalis inuenit̄ quare effect⁹ talis sequi debet. ⁊ aliq̄d admisceat̄ qđ necessario tale effectū causare nō hz ex sua natura. cuiusmodi sunt figure. caracteres vel voces extranee. q̄ oīa genera liter spectāt ad quedam pacta antiquitus inter demones ⁊ homes ꝓstituta. tūc verisimile est immo et verū est q̄ ex arte magica sequat̄ talis effect⁹. sicut est de incantationibus serpentū. in qua exquo nulla causalitas apparet q̄re voces tales qualescunq; fuerint. faciāt serpētes expectare. nec serpēs intelligit quid ꝓferat. vident tales incantationes effectū sortiri a demonibus. ⁊ sunt reliquie veteris ydolatrie. Inuocationes etiā q̄s vetule faciūt pro infirmitatibus curādis q̄ noia barbarica. vel extranea ⁊ obseruatiōes inefficaces sortilegia siue magica sūt q̄uis admisceant̄ quedā ẏba de deo vel de euāgelio. si quis aūt ꝓra infirmitates appendi faciat nomē christi. vel ẏba euāgelij ex simplici deuotione. vt deus adoret̄. ⁊ vt ad eoꝝ apprehēsionē patientē citius iuuent ꝓpter eius deuotōem nō est periculū q̄uis talia ad expellendū infirmitates nō ordinantur directe. sed q̄ putat̄ q̄ illa scḗptura ex ꝓpria virtute curat infirmū. similiter q̄ cū illis ẏbis euāgelicis admisceant̄ caracteres ignoti ⁊ noia extranea. similiter cū non pmittit̄ q̄ scripturā illā portās sciat qđ scribit̄. tūc non est dubiū quin est superstitiosū Unde Chrys. ope. imp. omel. xl. Sacerdotes inqt nr̄i hypocrite ex eo q̄ volūt ab hoibus videri iusti quedā phylacteria alligant circa collū. quidā autē ꝑtē euangelij scriptā circa collū appendut. ꝙ dic sacerdos insipiēs. nōne euangelū quotidie legit in ecclesia ⁊ audit̄ ab hoibus. cui igit̄ in auribꝫ posita euāgelia nihil ꝓsunt. quō possunt eum circa collum suspensa saluare. vbi est virtus euāgelij in figuris litterarum. an in intellectu sensuum. si in figuris bene circa collum suspendis. scilicet in intellectu. igitur melius in corde posita ꝓsunt q̄ circa collū suspēsa. Hec ille. Item vt dicit Raymundus et ponit̄ in flora. Bartho. titulo de sortilegio. Si aliq̄s colligat herbā medicinalē cum symbolo vel oratione dñica. vel scribat in carta symbolū vel orationem dominicam. ⁊ huiusmodi vt ponat sup aliquē infirmum. vt sic in istis tm̄ deus creator omnium adoret̄. non reꝓbatur. dummodo nulla superstitiosa obseruantia immisceatur. Hec ille.

¶ His visis ad primā rationē in oppositū questionis cum dicit̄. ad honorem dei est. ⁊ cetera. Dicēdum est q̄ non ad honorem dei est q̄ homines talia faciant ad querendum auxilium vel consilium a demonibus. immo est cōtra deū bellū inducere. expellere em̄ demones de corporibus hoīm quos verant bene licet. sicut faciūt exorciste diuina virtute cooperante. sed non licet demones suscipere vt doceant hoes quecunq; remedia. vt iuuēt ad quē cunq; effectū. Et sic dicit̄ q̄ aliqui sancti fecerūt demones ad effectus iuuare. sicut patet de apostolis qui fecerunt demones ydola in q̄bus degebant cōminuere. dicendus est q̄ apostoli hoc fecerunt domino dispēsante ⁊ miraculose cooperante. ¶ Sed ad scḗm de imaginibus curātibus infirmitates artificialiter ad hoc ꝓpositis difficile est dicere q̄d sit

verū ꝓpter mirabiles operationes corporū celestiū qz hoc est certū q nihil est homini illicitū qđ p naturā potest. Etē verū est q res naturales formas z virtutes cōsequunt ex corporibus celestibus. sed tñ imagines artificiales nullā vtutē habere pñt a corporib⁹ celestibus nisi quā habent ex rōne materie. Figura aūt nō est principiū alterādi res naturales. z ideo nullā aliā virtutē curandi hz aurū talis figure vel imaginis ꝙ aliud aurū alteri⁹ figure. Vnde sicut dicit sanctus Tho. ij. ij. q. xcvj. arti. ij. z allegat aug. x. de ciui. dei. q opinio porphirij falsa fuit de hmōi imaginibus ꝓstruendis. Ad̄ inquit in quacunq materia fuerint nisi forte ipi habeant efficaciam naturalē oēs hmōi imagines superstitiose sunt z magice. z ideo si aliquē aliū effectū habeant ꝓter naturalem ꝙ infirmitatibus curādis. hoc est ex opatione demonū q̄ sunt ludificatores hominum scōm aug. In cuius rei signum oportet illis imaginibus quasdaz caracteres imprimi. qz aliter nihil effectualiter operarent. Sed vt dictū est figuratio nō est actionis naturalis ꝑncipiū. Et no. q hec est differētia inter imagines nigromāticas z astronomicas q in factura nigromāticaꝝ imaginū fiūt expresse quedā inuocationes demonū q̄ pertinent ad expressa pacta cū demonibus inita. sed in factura astronomicarū imaginū sunt tacita pacta cū demonibus per quasdā caracteres z figuras ab ipsis demonibus adinuētas ad quarū caracterū factionem demones facientibus suffragant. ¶ Ad terciū dicit q tales obseruantie sunt a demonib⁹ tradite. nō em̄ sunt tales obseruātie cause talium euentuū sed signa tm̄. z non sunt signa naturaliter instituta nec a deo ordinata. igit ab hoc vel ab angelo. ꝛ nō ab hoie nec ab angelo bono. igit ab angelo malo. Vnde cū nulla causa vel ratio naturalis potest eē quare obuiare lepori signat malu. bufoni signat bonū. nec aliq̄ rō naturalis vel cā pōt assignari q̄re occursus religiosoꝝ impediret venationē. qđ est licita z personis ꝙuenientibus licite exercet. manifestū est q hoc credere est superstitiosum z erroneū. et hoc etiā manifestum est ex frequēti falsitate signi. Et sic patet q hoies frequēter decipiunt p demonum cooperationes ꝓpter eoꝝ falsam credulitatē ꝓcedentē. z ideo obseruatoribus taliū multa incōmoda accidūt. ꝓpter eoꝝ falsam fidem q̄ aliq̄ qui de talib⁹ nō crāt nullaten⁹ patiunt. ¶ Ad quartum constat salomonē ydolatrā aliqñ fuisse. vnde possibile est suos exorcismos per demones ordinatos fuisse. z iō sunt illiciti. Et q̄tum ad hoc q dr q quedā berba fugat demonē. dicendum est q nulla vtus nature corporee lapidis metalli ligni vel herbe pōt demonē ad aliquid ꝓpellere q̄uis fingat se cōpelli. z homini aliquo modo subdi vt per hoc familiaritatē cū hoie contrahat vt finaliter eū fallat. Vnde dyabolus dupliciter homini seruit. Primo spōte vt eū decipiat. alio mō coacte a superiori spiritu sicut iudei dixerūt de christo. In beelzebub ꝑncipe demoniorꝝ ejcit demonia. Luc. ij. Ad quintum dicit q figuris z caracteribus nulla vtus actiua a stellis pōt imprimi. cū non sint res distincte a rebus figuratis. si aūt dicit q ipsis rebus imꝑmit vtus ꝓpter figurā vel caracterē. dicendū est q hoc sit per pacta antiquitus per demones inita vt superius tactū est z̄c. Predictā questionē cū omnib⁹ suis argumētis p z cōtra. ac etiā respōsionibus finaliter habet Holgot vbi supra. lec. cxcj. z̄c.

Capitulum LIII

Secundum genus diuinationis est qđ fit magis tacita demonū inuocatione in rebus inanimatis p signa quedā z figuras q̄bus futura ꝓnunciant z occulta demonstrant. q̄ si fiant in aliquo corpe terrestri puta i vngulne vel metallo seu lapide pollito siue speculo tunc dicit geomancia. si aūt in aqua tūc dicit ydromancia. si aūt in aere tūc dicit aeromancia. si aūt in igne tūc dicit pyromancia. si aūt in viscerib⁹ animaliū aris demonū immolatoꝝ. tūc dicit ariolum siue aruspicium. si vo pmorus aut voces aut um vel quozūcūq animaliū tūc dicit augurū siue auspiciū. quasi auiū garria siue auiuz spicia. z hec oia damnant z ꝓhibent in sacra scriptura. vñ Leuitī. xix. dicit dñs. Nō augurabimini nec obseruabitis somnia. nec declinetis ad magos. nec ab ariolis aliqđ scisciteminī vt poluamini p eos z̄c.

Capitulum LIIII

Tercium genus diuinādi est absq̄ demū inuocatione. nō tñ aliquū est a superstitione. qđ fit per signa quedam vel figuras visui occurrentes ex dispositioni in humanis corporibus vt p sternutatōez z oscitationē hominū saltusve membroꝝ qđ dicit salizatorium quasi membroꝝ saltatio. Vnde Augusti. Salizatores inqt vocati sunt q dum eoꝝ membrorū quecūq partes saliērint aliquid sibi exinde ꝓsperum seu triste signari predicunt. Hec august. z ponit in cano. xxxj. q. iij. duo autem. Si aūt ex liniamentis manus considerantis fiat diuinatio. tūc dicitur cyromancia. a cyros quod est manus z mantia quod est diuinatio. Si aūt ex quibuscunq figuris in spatula apparētibus fiat diuinatio ad aliqđ precognoscendum. tunc dicitur spatulamantia. si vero circa verba hominum alia intētione dicta q̄ sonant que quis torquet ad futura que vult precognoscere. tunc vocat omen. z ad hoc genus diuinādi pertinet superstitiosa illa prenosticatio que fit ex cōsideratione eoꝝ que eueniunt ex quibusdā conjecturis que ab hominibus ad aliquod occultum precognoscendum siue inquirendū quadam serie vel quodam ordine fiunt siue per tractationē punctoꝝ. quod pertinet ad artem geomantie. siue per cōsiderationē figurarum. que ꝙueniunt ex plumbo liquefacto z in aquā ꝓiecto. siue ex quibusdaz cedulis scriptis z in occulto repositis dū ꝓsiderat quis vnā vel aliam vel certam determinatā illaruz accipiat. vel etiam ex festucis inequalibus ꝓpositis quis maiorem vel minorem accipiat. vel ex talorū ꝓiectione quis plura puncta ꝓjciat. vel dum etiam considerat quid aperiēti librum pmo occurrat vel etiam si quid aliqđ sibi fiat his ad inquirendū aliqđ quod sic oino occultum. tūc hec species diuinationis vocatur sortium vel sortilegiū quod vt dicit sanct⁹ Thomas in summa. parte. ij. quest.

xcv. Omnino christianis phibet. Ñ Isidorus et ponit in cañ. xxvj. q. j. sortilegi. Sortilegi int sūt q sub nomine ficte religionis pfitent per quasdā sortes quas scientiā diuinationis sanctoꝝ seu apostoloꝝ vocant. aut quarūcunq scripturarū inspectione futura promittūt. Quod autē sortes exquirere pctm nō sit exemplis et autoritate pbat. Cum eñ achar de anathemate furtim surripuisset. et ob eiº pctm ppl's cesus apud Hay terga dedisset. ꝑcepit dñs Iosue vt sortibus exquireret quo peccāte populus in manibus hostiū cedere meruerūt Iosue preceptū diuinū accipiens misit sortes primū sup tribus. deinde sup familias. demū super personas z ita cecidit sors sup achar. Saul q̄q cū pugnans cōtra philisteos iurasset se interfecturū quēcunq̄ q̄ ante solis occasum de ppl'o comederet. sorte deꝑ hendit Jonathan filium suū mel comedisse quod ceptro acceperat quē cū morti tradere vellet ppl'o supplicante renocauit sententiam. Et Ionas quoq̄ cū a facie domini fugeret. a nauta sorte deprehensus in mare defectº. a ceto est absorptus. De zacharia etiā legit q̄ sorte exijt vt incēsum poneret. Mathias vero similiter a beato petro sorte in apostolatum z in iude successorem eligit. Quod ergo tantoꝝ exemplis probat patet malū nō esse. Ñ z beatus Augustinus in libro psalmorū. Sors inquit nō est aliquid mali. sed res in humana dubietate diuinā iudicās voluntatē. His itaq̄ respōdet Isidorus. Anteq̄ in euangeliū clarescceret multa permittebant. q̄ tpe perfectioris discipline sunt penitus eliminata id est expurgata. Copula nāq̄ sacerdotalis vel etiā ꝓsanguineoꝝ nec legali nec euāgelica vel apostolica autoritate prohibet. ecclesiastica tamē lege penitus interdicitur. sic sortibus nec mali inesse ex lege antiqua monstrat. prohibet tamen a fidelibus. ne sub hac specie diuinationis ad antiquos ydolatrie cultus redirent. Hec ille. Item Beda sup actus apostoloꝝ. z ponit in cano. xxvj. q. ij. nō exemplū. Non exemplū inquit Matthie. vel q̄ Jonas sorte deprehēsus sit indifferenter sortibus est credendum. tamē priuilegia singuloꝝ vt ait Hieronymus cōmunem legem omnino facere non possunt. si qui non necessitate aliqua cōpulsi deū putant sortibus exemplo apostolorū esse ꝓsulendū. videāt hoc ipsos apl'os nō nisi collecto fratrū cetu. z ꝑcibus ad deū fusis egisse. Hec ille.

Capitulum LV

Quartum genus diuinandi z quasi licentissimū est illud qō fit per ꝓsiderationē situs z motus planetaꝝ z siderū. qō pertinet ad astrologos. q̄ z genethliaci siue mathematici atq̄ chorioscopi nuncupant propter naturalium cōsiderationē dierū z horarū. sed hoc genus diuinandi similiter vt predicta damnatur per doctores. scz per augustinū scō de doctrina christiana. Itē in suo enchiridion. Itē de ciuitate z li. ꝓfessionū. Itē sup genesim ad litterā. Item per basilū. Itē per ysidoꝝ lib. viij. etimologiarū ac etiaz per alios doctores multos in astronomia expertos. Item cuilibet in talibus diuinationib? ipem ponenti dicit dñs per ꝓphetā Isa. xlvij. Sta cum incātationibus tuis. z cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescētia tua si forte quid ꝓfuit tibi. aut si possis fieri fortior defecisti in multitudine consiliorum tuoꝝ stent z saluent te augures. celi igit cōtemplabantur. sidera supputabant mēses vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt sicut stipula. ignis cōbuſſit eos nec liberabunt animam suam de manu flāme. De illis eñ qui hoc genere diuinationis vtuntur dicit beatus augustinus. z ponit in cano. xxvj. questi. iiij. Duo aūt. sic scribit. Astrologi inquit sūt eo quia in astris augurant. genethliaci siue genesiani appellati sunt propter natalicioꝝ considerationes dierum. Geneses id est nativitates hominum per duodecim celi signa describuntur. siderū quia cursus nascentium moꝛes actus z euentus ꝑdicere conantur. hoc est quis quali signo fuerit natus. aut quem effectum habeat vite qui nascitur interpretantur. Hi sunt qui vulgo mathematici vocātur. cuius superstitionis genus constellationes latine vocant id est nationes siderum quo se habent cum quisq̄ nascitur. Isti autem stellarum interpretes magi nuncupant. sicut de his legitur q̄ in euāgelio natum dominū annunciauerunt. postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt. cuius artis scientia vsq̄ ad christum fuit concessa vt christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de cetero interpretetur. Hec augustinº. Sed sicut dicit Linco. in suo exameron. super illud Genes. j. Fiant luminaria in firmamento celi z diuidant diem ac noctem. z sint in signa z tempora ꝛc. ad aeris dispositiones ꝗtū ad pluuias ventos nines z grandines ꝛc. z ceteras impressiones licitū est iudicare z prenostica re futura q̄ soliditatem habent veritatis. Sed quo ad actus moꝛesq̄ humanos qui consistunt in libero arbitrio humano vanū z ꝓphanū ē iuxta signa siderea que fingūt mathematici aliquid certū iudicare etiam dato contra veritatem q̄ constellationes haberent effectū z significationē super opa liberi arbitrij. z sup euentus qui dicunt fortuiti aut super moꝛes hominū. q̄ non est possibile mathematicuz de talibus certitudinaliter iudicare. vnde z post longā concertatōem cōtra genetalicos atq̄ mathematicos sic prenosticantes tandē ꝓcludit p rōnes validas q̄ ꝓnosticantes sunt seducti z seductores effecti. z eoꝝ doctrina impia est vana z ꝓphana. dyabolo q̄ dictante scripta. Ñ aug. z ponit in ca. xxvj. q. v. nec mirū. His inquit ponētis p diabolū fallaciā illudit curiositas humana. qñ id imprudēter appetūt scire qō nulla rōne cōpetit eis inuestigare. hec ꝑās immūdis spiritib⁹. ideo dat vt puersos sibi aptent. hoc est prauos hoies seducāt. illos q̄ spernūt veritatē z credūt mendacio. z iuxta pauli sententiā sanaz doctrinam non ferūt. sed ad sua desideria coaceruant sibi magistros pruriētes auribus. z a veritate quidem auditū auertentes. et ad fabulas aūt ꝓuertunt onerati peccatis suis ducentes varijs desideriis semp discentes z nūq̄ ad scie veritatē peruenientes. Quēadmodū eñ iamnes et mambres restiterūt moysi. ita z isti resistūt veritati hoies corrupti mente reprobi circa fidem. sed vltra nō ꝓficiēt. Insipiētia eoꝝ manifesta erit oibus

hominibus sicut illoꝝ fuit. nec ideo quisq̃ credere debet quoslibet eoꝝ magicis artibus aliq̃d facere posse sine ꝓmissu dei. q̃ omnia q̃ fiunt aut iusto iudicio facit aut ꝓmissu suo ita fieri sinit q̃ ꝓdicti magi similia legunt fecisse moysi. q̃ virgam suã ꝓiecit & uersa est in draconẽ. ꝓiecerũtq̃ singuli virgas suas q̃ cõuerse sunt in dracones. sed deuorauit virga aaron ꝑgas eoꝝ. nõ em̃ fuerũt creatores draconuꝫ nec magi nec angeli mali quorum ministerijs illa operabant. insunt em̃ rebus corporeis ꝓ oia elementa quedã occulte seminarie rõnes. q̃bus cum data fuerit opportunitas talis atq̃ causalis ꝓrumpunt in species debitas suis modis & finib⁹. & sic non dicunt angeli qui ista faciunt animaliũ creatores. sicut nec agricole segetũ vel quarũcunq̃ gignentiũ in terra creatores dicẽdi sunt q̃bus nouerint prebere quasdaꝫ visibiles opportunitates & causas vt illa nascant. quod autẽ isti facilit visibiliter hoc illi inuisibiliter. deus ꝑ omnus est creator q̃ causas ipsas & seminarias rõnes rebus inseruit. hec augu. Et iõ merito idem augustinus et ponit in canone. xxvj. q. ij. non exemplũ. Mõ sunt inquit obseruãda que a diuinis percipiunt. q̃bus ea contingat euenire q̃ ab eis ꝓnunciant. nã vt dicit beatus Grego. in ca. xxvj. q. v. si quis ariolos. Si q̃s inquit ariolos aruspices vel incantatores obseruauerit aut phylacterijs vsus fuerit anathema sit. Admoneant igit fideles sacerdotes populos vt nouerint artes magicas & incantationes nullũ remediũ posse conferre quibuslibet infirmitatibus hoim neq̃ languẽtib⁹ vel claudicãtibus vel etiam morbidis. sed talia sunt laquei & insidie antiqui hostis. q̃bus gen⁹ humanuꝫ nitit decipere. & iõ qui talia fecerit si clericus est degradet. si vero laycus anathematisat. hec Grego. Itẽ btus Aug⁹. & ponit in canoñ. xxvj. q. ij. q̃ sine. Qui inquit sine saluatore vult habere salutẽ. & sine vera sapiẽtia estimat se prudentẽ fieri posse. non sanus sed eger erit. non prudẽs ꝫ stultus & demõs ꝓmanebit. ac ꝓinde omnis inquisitio et ois curatio q̃ a diuinis & magicis vel ab ipis demonijs in ydoloꝝ cultura expetit mos potius dicẽda est q̃ vita & qui ea sectant si se non correxerint ad eternã ꝑdicationẽ tendũt. dicẽte psalmista. Dẽs dij gentium demonia. Qui ꝓceptos hoies alios decipe quotidie gestiunt vt perditionis sue faciant eos participes. itaq̃ hec vanitas magicarũ artiũ ex traditione malorum angelorum in toto orbe terraꝝ plurimis seculis ꝓ quandã scientiã futuroꝝ & inferoꝝ & ꝓ inuẽtiones earum inuenta sunt aruspicia auguratõnes nigromancie. et ipsa que dicunt oracula. hec Augu. Ad hoc em̃ quartũ genus diuinationis ꝑtinet diuinatio horascoporum. & dicunt horascopi horaꝝ inspectores q̃ dies & horas in agẽdis negocijs operibus q̃ custod iunt. & quid per singula tpa obseruare debeat hõ intẽdunt. De q̃bus dicit apls ad Gal. iiij. Dies obseruatis & menses & terrã & annos. Vnde timeo ne forte sine causa laborauerim in vob. Super q̃ dicit in flora. Bartho. titu. de sorti. Dies obseruant qui dicũt die hac siue tali die vel tali non est aliquid inchoandũ. menses aũt colunt qui cursus lune pscrutãtes dicunt tali luna nõ est aliquid inchoandũ. annos aũt obseruant q̃ dicũt. nouus annus est. kalende sunt ianuarij. non licet hoc vel illud facere. Hec igit predicta obseruãt q̃ certis dieb⁹ vel mẽsibus vel annis volunt aliq̃d vel nolũt inchoare quasi fausta vel infausta sint tempora. hoc est q̃ si felicia vel infelicia siue felicitatẽ vel infelicitatez hoibus cõferentia sint tempora sed nulla debet eẽ suspitio harũ rerũ. sed potius considerandũ est q̃ sicut dicit Augustinus. & ponit in canone. xxvj. q. vij. quis existimaret. Intelligat lector ad tantũ periculũ ani me pertinere superstitiosas temporũ obseruationes vt dicat apls. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. qõ q̃uis in tanta celebritate atq̃ auctoritate per orbẽ terrarũ in ecclesijs legatur plena sunt tamẽ cõuenticula nostra horibus q̃ temporã rerũ agendarũ a mathematicis accipiũt. hec Augustinus. Item temporum obseruatores dicunt q̃ aliqui sunt dies prohibiti in q̃bus nulla opera. nec aliqua itinera sunt inchoanda. Contra quos in flora. Bartho. titulo de sortilegio sic scribit. Dies egyptiacos qui in kalendario dicunt dies mali sine ꝓhibiti. penitus non debemus obseruare. quoniam illa percussio populi dei vnde dies illi acceperunt nomen nõ fuit naturalis. nec ex aliquo aspectu orbis. sed fuit supernaturalis & etiam nõ fuit vniuersalis. sed quantũ ad populum dei qui sub pharaone morabat in egypto. quod patet ex eo q̃ percussio illa non cadebat nisi super viros ibi existẽtes et nõ super omnes. sed tm̃ super subditos pharaoni. Si igitur percussio illa non fuit naturalis. nec vniuersalis. sed in populo determinato & totũ transumit. nihil de illis diebus debemus obseruare. et ex hoc q̃ scribit in kalendarij s nullus debet moueri. q̃m ecclesia scribit huiusmodi ad memoriam tm̃. et nõ ꝓpter aspectũ malignorũ. Error igitur et curiositas consistit in obseruatione dierum illoꝝ. Insuper et in lege canonica prohibent obseruari. Vnde Augustinus & ponit in ca. xxvj. q. vij. nõ obseruabitis Non obseruabitis inquit dies qui dicunt egyptiaci aut kalende ianuarij in q̃bus cantilene quedã & cõmessatones ad inuicẽ & dona donant quasi in ꝓncipio anni boni. id est fati fortune auguria. aut alicuius mẽses. aut tempora. aut dies. aut annos. aut lune solisq̃ cursum. quia quicunq̃ eas & quascũq̃ diuinitiones. aut fata id est fortuita. aut augurias obseruat aut attendit aut consentit obseruãtibus inutiliter & sine causa magis ad sui damnatõem q̃ ad salutem tendit. siue per quosdam numeros litterarum et lune. siue per pytagoricam nigromantiam egrotantiũ vitã vel mortem vel ꝓspera vel aduersa futura inquirere. siue qui attẽdũt somnialia scripta. & falso danielis noie intitulata. et sortes que dicunt sanctoꝝ apostolorum. et auguria autum. aut aliqua ꝓ domo facienda. aut coniugia copulanda. aut collectionibus herbarum carmina dicunt. aut pictoriales ꝓ quarũis infirmitate scriptas super homines aut animalia ponũt ꝓeter symbolũ et orationem dominicaꝫ. aut magicis falsitatibus credunt. aut ad domos talia exercentes vadũt. aut eas in suas domos introducunt. vt talia ab eis interrogent. sciant se fidem christianam & baptismuꝫ q̃uarticasse. & paganos ac etiam apostatas id est retro abeũtes & dei inimicos irã dei graviter ineter-

num incurrisse. nisi p ecclesiastica beneficia emendati deo omnipotenti reconcilientur. Dicit enim apostolus. j. ad Corinth. j. Sive manducatis sive bibitis vel aliud quid faciatis. omnia in glorią dei facite. hec beatus Augu. Item zacharias papa. ꝛ ponitur in canoñ. xxvj. q. vij. si quis kalendas. Si quis inquit kalendas ianuarij ritu paganoꝝ colere. vel aliquid plus noui facere ꝓpter nouū annū aut mensas cum lampadibus vel epulis in domibus ꝓparare. ꝛ per vicos ꝛ plateas cantatores et choros ducere ꝓsumpserit anathema sit. hec ille

Capitulū LVI

Quinta filia inanis glorie est discordia.

Et est discordia cordiū sive mētiū separativa dissensio. ¶ Pro quo notandū q̄ dupliciter contingit fieri discordiam. Primo persone. ſ. quando quis scienter ꝛ ex intentione dissentit ab aliquo in his q̄ ptinent ad honorem dei. vel vtilitatem ꝓximi. ꝛ talis discordia quandoq̄ accidit esse peccatum ex parte vnius discordantiū tm̄. vtputa cum vnus habeat opinionem bonam. cui alius scienter ꝛ ex intentione resistit. sicut Elimas magus dissensit ꝛ restitit Paulo Actū. v. Cui dixit Paulus. O plene omni dolo ꝛ omni fallacia fili diaboli inimice omnis iusticie non desinis subuertere vias domini rectas. Et q̄n q̄ est peccatum ex parte vtriusq̄ vt cum vterq̄ scienter ꝛ ex intentione resistit veritati. vnus tenens vnam opinionem. ꝛ alius diuersam. quarū vtraq̄ est contraria veritati. Et oritur talis discordia vt plurimū ex superba ꝓsumptionis domina. q̄ quis etiā aliquando oriatur ex inuidia. quia dum quis appetit alios potētior sive excelsior apparere. alienis operibus. dictis ꝛ volūtatibus nititur dissentire ꝛ talis discordia directe opponit concordie que ē effectus charitatis. ꝛ sp est peccatū mortale. Vñ ad Gala. v. Dissensiones. ſ. discordie ponūtur inē opera carnis. de quibus dicitur ibidē. Qui talia agūt regnū dei non cōsequūtur. Et nimirū. Nam vt dicit beatus Grego. in suis pastoral. Discordes tam diu nullū boni operis sacrificiū deo immolant q̄ diu a ꝓximoꝝ charitate discordāt. Vnde Cypria. ꝛ ponitur in cano. dist. xc. neq̄. Neq̄ inquit ad cayn neq̄ ad eius munera deus respexit. neq̄ eī habere deum pacatum poterat. qui cuz fratre nō pacem sed zeli discordiā habebat. Quam igitur pacē sibi promittūt inimici fratrū. que sacrificia celebrare se credūt emuli sacerdotū secum esse xp̄m cum collecti fuerint. opinantur his qui extra dei ecclesiam colligūtur. Tales etiā si occisi in cōfessione nominis xp̄i fuerint macla neq̄ absolutiē. inexpiabilis ꝛ grauis culpa est discordia q̄ neq̄ passiōe purgatur. hec ille. In cuius cōfirmationē dicit ap̄lus j. ad Corinth. xiij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas. ꝛ si tradidero corp9 meuz ita vt ardeā. charitatem aūt nō habuero nihil mihi ꝓdest. Nā vt dicit bea. Gre. sup Ezechie. omel. viij. Necesse inquit est q̄tenus a pace cōcordia nū q̄s recedat. Vñ triplr paulus admonet ad Hebre. xij. di. Pacez sequimini cū omnib9 ꝛ sanctimonia sine qua nemo videbit deū. Nō aūt nihil sine concordia deo placeat. ipa p se veritas testat ꝛ demonstrat dicens. Si offers munus tuuz ad altare ꝛ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuū ante altare. ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo. ꝛ tūc veniens offeres munus tuū. ecce a discordantib9 accipe nō vult sacri sacrificiū. holocaustum accipere recusat Hinc igit perpendite quantū sit malū discordie. p qō ꝛ illō abijcit p qō culpa latrat. Electi vō semper sunt in charitate cōiūcti. ꝛ hec eadē eoꝝ charitas sonū laudis reddit auctori. hec ille. Et p eo q̄ deus vellet omēs hoies a superbia ꝛ discordia eē retractos ꝛ in humilitate ꝛ charitate esse coniūctos. ideo vt dicit bea. Gre. sup Ezechie. x. Nō vni dantur omnia ne in superbiam elatus cadat. q̄ huic dat qō tibi nō dat. ꝛ tibi datur qō illi denegat. ꝛ dum iste cōsiderat bonū qō habes ꝛ ipe non habet. te sibi in cogitatōne ꝓferat. Et rursum. dū tu habere illum cōspicis quod ipe non habes. illum tibi cogitatione tua ꝓferas ꝛ fiat qđ scriptū est. superiores si būnuicē arbitrantes. Et sequitur. Hoc itaq̄ oīpotens deus agit in cordibus hoīm qō facit in regionibus terrarū. poterat eī cuilibet vni regioni fructus omnes tribuere. q̄ si vna q̄libet regio alterius regionis fructus non indigeret cōmunionē cū altera nō haberet. Vñ fit vt huic regioni vini alij regioni olei abūdantiam tribuat. hanc multitudine pecudū. illam vō vberrate abūdare faciat frugū. ꝛ cū illa defert qō ista nō habet. ꝛ ista reddit qō illa nō detulit p cōionem gratie sibi simul etiā diuerse terre sunt coniuncte. sicut igit regiones terraꝝ. ita sunt mentes sanctoꝝ q̄ oū vicissim sibi cōferūt qō acceperūt quasi fructus suos regiones regionib9 impendūt vt in vna omnes charitate iūgatur. hec Grego. ¶ Secūdo mō accidit discordia inter aliquos p accidens videlicz cū q̄ritur in cōsultatione q̄d sit magis expediens. p defensione vel cōseruatione iusticie. Et vnus dicit vnū ꝛ alius dic aliud. sic tñ q̄ vterq̄ intendat honorē dei vel bonū proximi. Et hec discordia est potius dissensio opinionū q̄ volūtatū. ꝛ sic nō ē pctm̄ vel saltem veniale. nisi talis discordia fit cū errore circa ea que sunt de necessitate salutis vel nisi indebita pinacia adhibeatur. qz aliē nō repugnat virtuti charitatis. q̄ ē vnio volūtatū ꝛ non opinionū. ꝛ talis dissensio accidit inter paulum ꝛ barnabam. Vñ Actu. xv. dr. pfecta est dissensio inē paulū ꝛ barnabam. ita vt discederent abinuicem. quod forsitan contingit ex diuina prouidentia vel ex infirmitate humana.

Capitulū LVII

Sexta filia glie inanis est contentio.

Et est cōtentio oratio acris ad cōfirmandū vel cōfringendū dicta aliena sive ꝓpria cū clamore. cū eī q̄s cōtentiose impugnat dicta aliena. vl̄ ꝓprie confirmat ꝓpria. ꝛ stat firm9 in sensu suo nolēs vinci. p̄z q̄ ꝓpriā glorią q̄rit. ꝛ ideo talis cōtentio ponit filia inanis glorie. ¶ Et nota q̄ multiplex ē contentio. Pria ē eī cōtentio vtuose pfectōis. scda ē ptentio ꝛrioſi certaminis. tercia ē cōtentio tumorose elatōis. q̄rta ē cōtentio litigiose reputationis. ꝛ q̄nta ē contntio

clamorose disputationis. Prima ē contentio bonor vtuose penitentiū. De q̄ dicit xp̄s Luce.xiij. Contendite intrare p portā angustaz. vbi fm Motyngb. cōtendere accipit p conari siue festinare. et est sensus. Contendite intrare cc̄.i. in magno conatu festinate priam agere vt mereamini coronari. Secūda est contentio vigorose pugnantiū. de q̄. j. Cor. ix. Sic q̄ in agone cōtendit ab oibus se abstinet. z illi vt corruptibilem coronā accipiāt. nos autem incorruptam. Tercia ē contentio supbor inaniter gloriantiū. de q̄ Phil. ij. Nihil p cōtentiōem neq̄ inanē gl̄iam. ꝛ in humilitate supiores sibi inicem arbitrantes. Quarta ē contētio aduocator vbose causantiū. de qua Mat. v. Qui vult tecū in iudicio cōtendere z tunicā tuā tollere dimitte ei et pallū. ¶ Pro q̄ notandū. q̄ contingit repetere coram iudice dupl̄r. s. aut cum contētione z fraude. aūt cū patia z charitate. primū cuicūq̄ ē illicitū. secūdum infirmis z imp̄fectis nō ē illicitū nec p̄hibitū p̄fectis nec cōcessum. nam sicut perfectis nō liceat sua habita retinere. iuxta illud mat. xix. Si vis p̄fectus esse vade z vende omnia q̄ habes z da pauperibus. Sī multo fortiora p̄fectis nō licet sua ablata cōtentiose repetere. nā vt dicit Paris. in de vicijs pte. ix. tractatu de petō lingue. ca. x. Nihil ē similius actibus demonū q̄ litigare. Dū seruos dy aboli z nō dei se ostendunt q̄ litigant. nā vt dicit apostolus. ij. Thim. ij. Seruū aūt dei nō oportet litigare. Et quāuis seruū dei debitis circūstantijs obseruatis impugnare falsitatē z debitū modū non obseruet. ꝛ in tantā p̄rupit inordinatā vbositatem z contētionē q̄ ex hoc generat scandalū aliorū tunc grauiter peccat. Dñ apl's. ij. Thim. ij. Noli contēdere vbis. ad nihil em̄ vtile ē nisi ad subuersionez aliorz. z sicut dicit Parisiē. vbi p̄ius. litigatio siue cōtentio signū est supbie z stulticie z pueritatis z malicie. vñ puerb. xiij. dr. Inter supbos semp iurgia sunt. z ideo dr. puer. xx. honor est homini q̄ se parat se a contentione. De secūdo dr. puerb. xxx. Dñes aūt stulti miscētur prumelijs. Item. puer. xviij. Labia stulti miscēt se rixis. z os eius iurgia p̄uocat. Et ideo sicut dr. puer. xx. Sapiēs si cum stulto cōtendit siue irascat siue rideat nō inuenies requiē ꝛ porius sanguinis effusionē. vñ Eccl. xxij. Ante ignē camini vapor z fumꝰ ignis inimicat. sic z añ sanguinē maledictio contumelia z mine. De tercio dr. puer. xvj. ca. Homo puerse suscitat lites. z verbosos separat p̄incipes. ¶ De quarto. puer. xvij. dr. Semp iurgia q̄rit malus angelus crudelis mittet cōtra eū z hoc erit in morte q̄ angelus malus ad eū veniet vt eū deferat in ifernū. Quinta contentio ē litigiose disputantiū. de qua. j. Cor. xj. Si q̄s aūt videt cōtentiosus esse inter vos. nos aūt talem consuetudinē nō habemus in ecclesia dei. Item. ij. Thim. iij. Stultas autē et sine disciplina q̄stiones deuita scies q̄ generāt lites. Itē ad thy. iij. Stultas aūt q̄stiones z genealogias z contentiones z pugnas legis deuita. Sunt em̄ inutiles z vane. Contentio aūt inter xp̄ianos magna ē abusio. vñ Aug. in de abusionibus abusione. vij. Xp̄ianis mąt contentiosus q̄ cū p̄ticipatione nominis xp̄i per fidem z p baptismū suscepit. et contra xp̄i dicta z p̄positū mūdi ca duca delectamenta diligit maxime abusionis gradu cōfundit. q̄ xp̄ianus q̄ nominis xp̄i similitudinē tenet. morūq̄ similitudinē eius hr̄e debet. xp̄ianus igit nemo recte dicitur nisi q̄ xp̄i moribus coequat. De xp̄o em̄ p prophetā Isa. xlij. scribit. Ecce filius meus quē elegi. electus meus cōplacuit in illo anima mea. ponaz spūm meū super eū. iudicium in gentibus p̄feret nō clamabit neq̄ accipiet p̄sonā. neq̄ audiuit aliquis in platea vocem eius. Ecce xp̄s nō contendit. sic z tu si mor xp̄i similitudinē retinere cupis ne cōtendas ne abusiuus in eccia xp̄ianus existas. Suis em̄ sectatoribus xp̄s p̄cepit dicēs. Nolite vocari raby. Vnus ē em̄ mḡr qui vester ē xp̄s. z patrez nolite vocare vobis sup terrā. vnus ē em̄ p̄r vester qui i celis ē. Dñes em̄ fratres estis q̄bus impauit sic orare. Pater noster q̄ es in celis cc̄. Frustra igitur cōtendit in terra patrem hr̄e q̄ p̄rem z patriaz p̄fitetur in celo cuius patrie possessor nemo efficitur nisi qui de terrene patrie cōtentione immunis habet. Istū igit abusum caueant p̄lati q̄ ambitiose paternos honores sup populū anbelare nō desistūt. q̄ modicus error in duce xp̄iano tam misericorditer cōmutatus ducit ad tartar. hec Augus. Predictis em̄ duabus filijs inanis gl̄ie. scz discordie z cōtentiom opponit̄ pax q̄ ē effectus charitatis. z p̄hibentur p illud p̄ceptū. Non falsum testimoniū dices. quo p̄cepto p̄hibentur omnia nocumenta que verbo proximis inferūtur.

Capitulū LVIII

Septia filia inanis glorie est inobedientia.

z est inobedientia vicīū q̄ q̄s cōtemnit subdit deo z mandatis eius vel suo sup̄ior. z hec inobedientia directe tendit cōtra ordinatōnem diuinā. dicente apostolo Rom. xiij. Qui potestati resistit dei ordinationi resistit. nō tñ q̄libet p̄cepti preteritio facit criminalē inobedientiā. Dñ bern. in li. suo de p̄cepto z dispēsatione. z ponit. liij. flor. cap. xj. Nou nulla inquit stultiloquia vel vanitoquia z quecūq̄ ociose dicta facta z cogitata nūc q̄ dei mandatu vsurpantur peccata quippe sunt z deus p̄hibet oīe peccatū. z tñ venialia z nō criminalia reputantur. excepto cū p contemptū vertūt in vsum z consuetudinem z tūc nō peccati spēs ꝛ peccantis intentio pensat. nō em̄ inobedientia ꝛ impenitentia facit p̄uaricatorē. Elatio quippe cōtemnētis atq̄ impenitētis obstinatia in minimis quoq̄ mandatis culpaz facit nō minimā. z cōuertit in crimē grauis rebellionis offensam satis leuem simplicis transgressiōis Non em̄ est ē idip̄m nolle obedire z nō obedire. Q̄ quippe. s. nō obedire interdū erroris ē nonnūq̄ z infirmitatis. Illud vo nolle obedire aut odiose p tinacie ē aut cōtumacie non ferende. q̄ z ip̄m impugnare est z resistere spūisancto. z si vsq̄ ad mortem p̄durauerit blasphemia ē nō remittēda siue in hoc seculo. siue in futuro. Nō igit q̄liscunq̄ p̄teritio criminalē facit inobiam. sed repugnare z nolle obedire. hec ille. ¶ Sz hic ē notandū q̄ ad detestationē huiꝰ pcti sex motiua spāl'r cōferūt. ¶ Primū ē multiplex cōminatio quā cōminat scriptura sa-

ptum est. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum ⁊ in similitudinem impꝛoperij. nos insensati estimabamus vitam illoꝝ insaniam ⁊ finē illoꝝ sine honore quō igit cōputati sunt inter filios dei ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est ⁊c. Sap. v. Hec Aug. ¶ In hanc etiā erubescentiā incidūt illi qui timēt veritatē dicere ne pdant tpalem substantiā vel carnalem amicitiā. vel ꝓpter metū mūdane potentie nō attendentes q̄ sicut dicit Aug. ⁊ ponit in canone. xj. q. iij. quisquis. Quisquis inquit metu potētie cuiuslibet veritatē occultat. dei iram sup se pꝛouocat. qꝛ magis timet hoiem q̄ deū. Hñ sicut dicit parisi. in de vicijs pte. vj. tractatu de supbia. Illi qui timēt vtuose agere vel loqui ꝓpter derisionē obloquiū pſecutionē vel scandalū impiorum sunt sicut equi rerū vmbꝛas timētes. Hñ mala pñtis vite nō sunt nisi quasi vmbꝛe malorū vite future. Et ideo qui erubescentiā derisionē vel aliqua mala vite pñtis pꝛer malum culpe timet ⁊ nō potius mala vite future vmbꝛā malorū timet ⁊ nō veritatez. De quibus dixit ps. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Mundus em̄ iste vt dicit parisi. vbi supꝛa est quasi catulus irrisionibus. detractionibus latrans cōtra eos qui bñ faciūt. ⁊ cū satis latrauit tacebit. Sed o q̄ strēnui milites sunt qui ꝓpter solum latratū catulorū. i. detractorū derelinquūt dominū suū. Cito em̄ relinquerēt tales dñm suū si milites armati eos insequerent. Si em̄ aliquis de militibus regis alicuius potentis debitū seruitium de eo diceret se non audere sibi seruire ne boies inde deriderēt eū. vl de eo male loqrēt. nōne fatua diceret ei? excusatio. Sic certe fatua ē excusatio illoꝝ q̄ ꝓpt vbas derisoꝝ vel obloqa ipiorū dimittūt vel erubescūt seruire deo. De illis em̄ q̄ ꝓpt derisiones hominū timēt fuire deo loquit scriptura Ezech. ꝓphete dicēs. Terrebit eos sonitus folij volantis B ¶ Sup quo parisi. Folij inquit volans est verbum irrisionis qō terret boies erubescētes. Istud em̄ folij derisionis humane multi plus timent q̄ dei gladiū qui eos interficere est paratus. Unde Deut. xxij. Si acuero vt fulgur gladiū meū ⁊ arripuerit iudiciū manus mea reddā vltionez hostibus meis. Item Exodi. xv. Euaginabo gladium meū ⁊ interficiet eos manus mea. dicūt em̄ supbi pdicto modo erubescērent. quid diceret de me si b facerem. ß nō attendūt quid faciet eis deus si hoc nō fecerunt. plus em̄ timent dicta boim q̄ gladiuz dei euaginatū. Et certe huius fatuitatis vana gloria est in causa. Nā vt dicit Chrisi. ope. imp. omel. xj. Unusquisq̄ vbi gloriā querit. illic timet pfusionem. Qui em̄ gloriā querit in terris pfusionē timet in terris. qui aūt gloriam nō querit in terris ß tantūmodo apud deū cōfusionem non timet nisi tm̄modo dei. Si miles piculū belli sustinet dum sperat victorie pdā q̄to magis vos opꝛobria mūdi nō debetis timere qui regni celestis pmia expectatis. Hec ille. Unde ⁊ be. Hiero. Non inquit q̄ras gloriā sez in terris ⁊ nō dolebis cū ingloriosus fueris. Qui laudē humanā nō appetit ꝓtumeliam humanā non sentit. ¶ Sed sicut dicit idē in epla ad Cellantiā. Si vere te laudabilē esse cupis laudes boim nō requiras. qꝛ q̄uis alicui sit facile laudem humanā nō curare dum negat. est tñ difficile in eo non delectari dum offert. Hec ille. Et ex istis patz q̄ magna fatuitas est ꝓpter derisionē ⁊ obloquiuz impiorū erubescere bñ agere. pſertim cū ⁊ tales timent ab eis irrideri qui irrisione sunt digni. qñ em̄ mali irrident bonos de opibus bonis que agunt. idem est ac si ceci irriderent videntes de hoc q̄ vident. ⁊ claudi recte incedentes. ⁊ ipsa derisio deridenda est. Unde Seneca. Equo inquit animo audienda sunt impiorū cōuitia. ⁊ ad honesta vadenti ꝓemptus ipse est ꝓemnendus. quis sane mētis nō contemnat claudicantē si videat se derideri ab eo q̄ recte incedit. ⁊ quis nō iudicet eum fatuuz si ideo velit claudicanti assimilari. qꝛ ab eo deriderer. Deridendi igit sunt qui sunt derisores ⁊ nō imitādi. Unde deus ⁊ omnes sancti hmōi derisores deridebēt. vñ ps. Qui habitat in celis irridebit eos. ⁊ dñs subsannabit eos. Non est em̄ vituperiuz solis q̄ noctua eum nō appꝛeciat. nec est vituperiuz auri ⁊ argenti q̄ non appꝛeciāt ea iumenta. Jumēta em̄ nesciunt estimare nisi fenū ⁊ similia ⁊ porci nisi furfur ⁊ hmōi. sic non est vituperiū bonorum si a malis deridenf. Mali enim sunt velut noctue Hñ Hern. de talibus. Hi sunt inquit similes auibus quarū oculos nox illuminat ⁊ lux cecat. Nō est em̄ curandū de vituperio eorū qui dicūt bonū malū ⁊ malū bonū. Nam vt dī Isa. v. Ve qui dicitis bonū malū ⁊ malū bonū. ponētes lucem tenebꝛas ⁊ tenebꝛas lucē. Ipsi etiā sunt velut iumenta qui viros sanctos qui sunt velut aurū ⁊ argentū ⁊ lapides pciosi despiciūt. Hñ Prouerb. xliij. Imbulās recto itinere ⁊ timens deū despiciunt ab eo qui infami gradit via. Item Prouer. xxix. Abhominant impij eos qui in recta sunt via. Nō considerās ille magnus phs qui cum quidā ei diceret. Ecce boies isti te ꝓemnūt. ⁊ illos inquit contemnunt asini. sed nō illi asinos. nec ego curo. qꝛ vituperiū taliū est laus ⁊ laus vituperiū. Unde tales reputant dedecus qō in veritate laus est ⁊ honor. De primo dicit Seneca. Malis displicere est laudari. Non potes vllam veritatis sententiā de te latam hꝛe. nisi qui dānandus est mala de te loquat. De scōo etiā dicit Seneca. Tā turpe sit tibi laudari a turpib? q̄ laudari oburpia. Tertio esto q̄tiens displices male. Maloꝝ vo ō te estimatōes pꝛauas veram tibi laudē ascribas. sectatoꝝ em̄ epularū nō de bñ viuente. ß de bñ pascente laudabilem ꝓfert sniam. Hec ille. Item be. Greg. sup Ezech. omel. ix. ⁊ idem habet Holkot in lectura libri Sap. lec. cxxxij. in fine. Perversoꝝ inquit derogatio vite nr̄e comprobatio est. qꝛ iam ostēdit iusticie aliq̄d nos habere. si illis qui deo nō placent incipimus displicere. nō em̄ est derogatio ß potius cōmendatio lucis si eam odiūt vespertiliones. Sancti viri sūt lux mūdi. dicēte xp̄o Matb. v. Vos estis lux mūdi. Itē apl's. j. Thes. v. Omnes vos filij lucis estis ⁊ filij diei. Peccatores aūt sunt sicut vespertiliones amantes semp opa tenebꝛarū. Item non est derogatio ß cōmendatio odoris si eum serpentes fugiunt. Boni em̄ viri sunt bonus odoꝝ xp̄i p bonā cōuersationem. Unde. ij. Chor. ij. Xp̄i bonus odor sumus deo in bis qui saluī fiunt. ⁊ in bis qui pere

unt. Alijs quidē odor mortis in mortem. alijs aūt odor vite in vitam. Impij aūt sunt serpentes pleni veneno peccati. Item nō est derogatio coloris sed potius ꝓmendatio si ceci de illo mentiantur ⁊ falsē iudicēt. Peccatores eñ ceci sunt. iuxta illud Sap̄.j. Ambulauerūt ceci q̄ peccauerūt dño Itē Sap̄.ij. Excecauit eos malicia eorū. non sunt igit hmōi dictiones impiorū a bonis timēde. ꝫ poti⁹ appetende. Nam vt dicit Seneca. Nondum felix es si nondum turba impiorū deridet te. In cuius sentēcie confirmationē dicit xp̄s Matth̄.v. Beati eritis cū maledixerint vobis homines ⁊ ꝓsecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malū aduersum vos mētiētes ꝓpter me. gaudete ⁊ exultate qñ merces vestra copiosa est in celis. ¶ Unde Alton sup euangelia sermone. lix. ꝓtinenter ad ꝓpositum ita scribit. Si omnes inquit veteres hystorias ⁊ totū mundane vite cursum ꝓsideremus semp inuenietemus q̄ falsitas ꝓsequit veritatem. malicia bonitatem. impietas pietatem. ⁊ superbia humilitatem. et deus cum sit omnipotens ⁊ iustus. quare hoc permittit. certe vt mali exigentibus suis demeritis fiant deteriores. ⁊ sancti sanctiores. Iuxta illud Apoca. vlt. Qui nocet noceat adhuc. ⁊ qui in sordibus est sordescat adhuc. ⁊ q̄ iustus est iustificet adhuc. Multe eñ tribulationes iustorum. ⁊ de omnibus his liberabit eos dñs. ⁊ econtra in sidijs capientur iniqui. Ecce charissimi ab initio cayn superbus ⁊ impius ꝓsecutus est fratrem suū abel iustū ⁊ humilē in eius gloriam ⁊ sui cōfusionē. Esau superbus ⁊ reprobus ꝓsecutus est iacob humilem ⁊ electum in eius gloriam ⁊ sui cōfusionē. Ismael superbus ⁊ reprobus ꝓsecutus est ysaac humilem ⁊ electū. Filij iacob superbi ⁊ inuidi ꝓsecuti sunt ioseph humilem ⁊ mansuetū in eius gloriam ⁊ eorū cōfusionē. Iudei superbi ⁊ malicioſi ꝓsecuti sunt xp̄m humillimū ⁊ sanctissimū in eius ⁊ in oim sanctorū gloriā ⁊ in eorū ꝓpriam cōfusionem. Hec ille. Certe sic ⁊ iam impij deridēt scandalizant ⁊ ꝓsequunt iustos sed nunq̄ iusti impios. ⁊ insup aliqui etiā erubescunt bñ agere. eo q̄ ad inuicē diu cōsueuerūt male agere. cuiusmodi sūt tales qui ꝓpter cupiditatē. ignorantiam vel vanam gloriam vt singulares videāt errauerūt a fide. ⁊ alios multos p eorum doctrinā erronicā fecerūt errare. De quibus apl̄s. j. Thy. j. ita scribit. Rogaui te vt remaneres epheſi. ⁊ ego irē macedoniam vt denūciares quibusdā ne aliter docerent neq̄ intenderēt fabulis ⁊ genealogijs interminatis. que questiones p̄stant magis q̄ edificationem dei que est in fide. Finis eñ p̄cepti est charitas de corde puro ⁊ cōscientia ⁊ fide non ficta a quibus quidam aberrantes cōuersi sunt in vanilo quiū. Volentes esse legis doctores nō intelligentes neq̄ que loquunt neq̄ de quibus affirmant. ⁊ multi sunt tales his diebus qui ꝓpter auaritiā superbiam ⁊ inanē gloriam p̄sumunt esse legisdoctores ⁊ docētes cronicatas genealogias. fictas poesias ⁊ inutiles fabulas ad quarū colorationem sine colorabilē affirmationē applicant sacram scripturam quam erronice intelligunt ⁊ docēt. ⁊ licet tales aliq̄ ex informatione ⁊ doctrina bonorū eorum ꝓpium errorē ꝓcipiant. tū ꝓpter inueteratas eorum malicia ⁊ diurnam cōsuetudinē erubescūt eorū errores publice renocare. Sed talis non erat apl̄s paulus qui suū errorē cognoscens nō erubuit illum humiliter ⁊ publice cōfiteri dicens in sua epl̄a vbi prius. Gratias ago ei qui me cōfortauit in xp̄o ihesu dño nr̄o qui me fidelē existimauit ponens in ministerio qui prius fui blasphemus ⁊ ꝓsecutor ⁊ cōtumeliosus. ꝫ misericordiam dei cōsecutus sum. q̄ ignorans feci in incredulitate. Itez multi erubescunt bñ agere inter impios quos vident ⁊ audiunt agere querse. cuiusmodi sunt illi q̄ videntes membra dyaboli ꝓmiscis detractiōibus scandalis ꝓsecutionibus extorsionibus ⁊ alijs falsitatibus ⁊ nocumentis iniuriam quotidie facere ⁊ non timēt ꝓpter derisionē vel mundanā offensā eis vt ab hmōi se refrenēt ꝓsulere. cuiusmodi sunt etiā illi qui audiētes maledictos mandati dei trāsgressores mēdacijs ⁊ horribilibus iuramētis deū q̄tidie blasphemare ⁊ tū ne lollardi ⁊ heretici vel de secta lollardorū dicerent erubescunt eos retinere ac seipsos ab hmōi transgressionibus refrenare Sed nō sic fecit sanctus paulus quivt patet Act̄. xiij. Cum suggerētibus ei⁹ emulis ⁊ veritatis inimicis a quodam falso aduocato nomine tortule⁹ coram p̄side felici in multis falsē accusarēt. ꝓ eo q̄ sequebat ⁊ docebat doctrinam iesu xp̄i quam reputabant pontifices scribe ⁊ pharisei heresim. Ꝟs paulus de illis in quibus ip̄m falsē accusabāt humiliter se excusauit. ꝫ de secta ⁊ doctrina xp̄i q̄uis ab inimicis veritatis heretica reputarēt se esse ꝓfiteri nō erubuit dicēs p̄sidi. Confiteor aūt hoc tibi q̄ ſm sectā quam dicūt heresim. sic deseruio deo patri credens omnibus q̄ in lege ⁊ in ꝓphetis scripta sunt spem habēs in deum. Itē xp̄m ⁊ eius doctrinam nō erubuit illa deuota mulier marcella ꝓcuratrix domus marthe. de qua legit in li. amicorum xp̄i. ac etiā Lu. xj. Scribis ⁊ pharisei xp̄m blasphemantibus illa tollens vocē suam ait xp̄o. Beatus venter qui te portauit ⁊ vbera q̄ suxisti. ꝫ huic deuote mulieri longe dissimiles sunt multi fideles xp̄iani his diebus qui audientes falsos traditores ⁊ inimicos crucis xp̄i dñm oim xp̄m iesum q̄tidie blasphemare. ⁊ tū aperire os suū ad eos reticēdum a suis blasphemijs erubescēt. Non attendētes q̄ sicut dicit xp̄us Lu. ix. Qui me erubuerit ⁊ meos sermones hūc filius hominis erubescet cū venerit in maiestate sua. Sed caueant tales qui ꝓpter derisionē impiorū erubescūt videri humiles ⁊ obediētes filij diuine contingat illis sicut vt docet paris. in de vicijs. parte. vj. trac. de superbia. contingit cuidam scolari parisius scolarizanti. qui cū indutus esset ꝓciosis vestibus ⁊ a socijs suis multum honorarēt. accidit quodā tpe q̄ pater suus in paupi ⁊ humili apparatu filiū suū visitauit ⁊ ꝓ suis expensis secū pecuniā attulit filio⁹ ei⁹ timēs ne socij sui eum ꝓtemnerēt si scirent eū tam pauperē habere parentē patrē suū vt nullo modo cōuersocijs suis diceret eum filiū suū secrete rogauit. Ipe ⁊ filius suus simulauit patrē suū esse vnū de seruientibus patris sui. ⁊ fecit eum cum gratioſib⁹ domus sedere in prandio. quod p̄ humiliter ⁊ patienter sustinuit. Sed cum finito prandio filius ois

xit patrē in cameram suam secrete interrogās eū quid sibi attulisset. Sed tunc pr̄ suus bursam aperiens ⁊ pecuniam quam attulerat secum sibi ostēdit. affirmans q̄ nec vnū denariū de illis haberet. tu inquit negasti me esse patrem tuū ⁊ ego nego te esse filium meū. nūc̄ igit decetero comedes de alio quo q̄ tibi transmittam. Certe sic pater celestis illos qui erubescūt ⁊ in facto negāt se esse filios dei in p̄senti. ipse negabit se esse patrem eorū in futuro. dicente de seipso Math. x. Qui aūt negauerit me coram hominibus. negabo ⁊ ego eum coram patre meo qui in celis est. Unde de verecūdia ⁊ opprobrio quez impij patiēt in futuro qui dñm nostrum iesum x̄pm erubescunt in p̄senti loquit x̄pbe ta Hieremie. xx. dicens. Confundant vehementer qz nō intellexerunt opprobriū sempiternū ⁊ ignominiam eternaz que nunq̄ delebit. Item Hiere. xxiij. Dabo vos in opprobriū sempiternū. ⁊ ignominiam sempiternā que nunq̄ obliuione delebit Nemo igit x̄pter obloquiū ⁊ derisionē impiorū erubescat patrem suū iesum x̄pm. sed cōsideret q̄ sicut dicit x̄ps Math. x. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. ⁊ seruo sicut dñs eius. si patrē familias beelzebub vocauerunt. q̄tomagis domesticos eius. ¶ Et nota q̄ sicut dicit vualdeby sup̄ simolo apostolorū. Derisor qui seruos dei videt quadruplici periculo se exponit. scz seruituti peccatorū. sterilitati respectu bonorū operū. mundane tribulationi ⁊ mortis accelerationi. ¶ Exemplum p̄mi habet de cham filio noe. cuius p̄genies seruitutem incurrit p eo q̄ ille patris verenda vidit ⁊ ip̄m derisit. vt patet Gen̄. ix. De scōo exēplum habet de michol vxore dauid q̄ p eo q̄ dauid virum suū saltantez coram deo derisit sterilis est effecta. vt patet. ij. Regū. vj. De tercio vo exemplum habet de Brictio qui beatū martinū derisit dicens cuidam pauperi martinū querenti. Si delirum illum queris p̄spice eminus. ecce celum vt amens respicit. Et martinus in spū hoc intelligēs eum de hoc suauiter increpauit dicēs. Delirus tibi videor o bricci. Brictius vo verecundia ductus negauit se hoc dixisse. Martinus vo adiecit. Nōne aures mee erant ad os tuū q̄ hoc dixisti. ⁊ scias te mihi in epatu successurum ⁊ aduersa multa passurū. qō ⁊ factus est. qz brictius post decessum beati martini eps effectus est. ⁊ postea falso crimine sibi impositio derisus ⁊ despectus ab epatu suo est electus. qui flens ⁊ eiulans dixit. Merito hec patior. qz peccaui in sanctus dñi. ¶ De quarto vo exemplū habet ō illis pueris qui derisērūt helisēum p̄pheram dicētes. Ascēde calue. ascende calue Et egressi sunt duo vrsi de saltu ⁊ deuorabant eos ⁊ mortui sunt. vt p̄z. iiij. Regū. ij. Et nimirum. qz diabolus p hmōi derisores filios dei suffocat. duz paruuli sūt. Unde pariſ. in de vicijs parte. vj. Hec inquit est vna de astutijs dyaboli suffocare bonuz inchoatū in germine. qō figuratū est p hoc q̄ dyabolus p serpentem religionem inchoatā in paradiso suffocauit vt patet Gen̄. iij. Item in hoc q̄ per pharaonē pp̄m israhelitī cū destruere voluit submersione paruulorū. vt legit Exodi. j. Item p hoc q̄ herodes x̄pm paruulū occidere voluit. ⁊ vt euz occideret paruulos innocentes occidit. vt legitur Math. ij. Et q̄ patet q̄ malicia herodiana est malicia irrisorū qui suis irrisionibus filios dei paruulos occidunt. Unde Bern̄. Malicia inquit herodiana est nascentē p̄sequi religionem. immo ⁊ maior q̄ herodiana videt esse malicia irrisorū q̄ntum ad hoc q̄ herodes occidit paurulos iam natos. ⁊ irrisores vo occidunt matris x̄pte filios adhuc in matris sue vtero existentes. non em̄ expectant q̄s q̄ ecclesia pepit eos in sacramento penitentie. vel quousq̄ anima peperit filios sp̄uales p exteriores operationē. ⁊ q̄cito apparent in eis aliqua signa bone voluntatis ipsi suffocant eos per derisiones eis verecundiam faciēdo. Tales em̄ sunt peiores q̄ ille maledict⁹ draco diabolus qui vt dicit Apoca. xij. stetit ante mulierez que paritura erat. vt cū peperisset filium eius deuoraret. Sed derisores filium matris ecclesie anteq̄ illa pepit deuorant et extinguunt. Item huiusmodi derisores qui suis derisionibus impediūt salutem animarū. socij sūt demonū ⁊ in lucro ⁊ in damno. Nam si dyabolus aliquem dimittat sine depdat. ipsi dolent tanq̄ de x̄pio damno. si vo lucret aliquem sicut fit q̄n aliquis fornicat. adulterat. furatur. vel aliquid huiusmodi si contra mandatū dei fecerit. ipsi gaudent tanq̄ de suo x̄pio lucro. ¶ Item huiusmodi derisores recte sunt aduersarij saluatoris. Nam illud q̄ summe placet saluatori derisores maxime odiunt. scz salutem animarū. Unde beatus Gregorius. Nullū inquit sacrificiū tra deo placet sicut zelus animar̄. igit econtrario. nihil sic deo displicet sicut salutis impeditio animarū. In cuius signuz ip̄m petrum qui inter omnes apostolos attētius deum amabat x̄ps vocauit sathanam q̄ salutem animarū nitebat impedire nolens dñm nostrū iesum x̄pm p salute animarū mortem subire. Unde sibi dixit Math. xvj. Vade post me sathana. iudicio igit dei derisor impediens salutē animarū efficit. Hec pariſ. Item idē. Cum deus inquit ⁊ tota celestis curia gaudeat de cōuersione vnius peccatoris vt patet Luce. xv. ⁊ huiusmodi derisores se ipsos magistro suo diabolo conformantes de cōuersione peccatoris tristant. manifestū est q̄ licet x̄piani dicunt. tū in rei veritate deo sunt contrarij ⁊ manifesti antix̄pi. ⁊ nedum antix̄pi. sed ⁊ aptissimi traditores dñi nostri iesu x̄pi. Nam nonne traditor esset regis Anglie qui milites suos de carcere inimici regis liberatos iterū ab eodem inimico faceret incarcerari. sed quāto magis illi traditores dñi nostri iesu x̄pi dici possunt qui filios suos sanguine x̄pio redemptos ⁊ de carcere dyaboli liberatos p suam derisionem recidiuare faciunt. ⁊ a diabolo iteruz incarcerari. Unde Bern̄. ⁊ pontif. ij. flox. c. xix. Is inquit qui exemplo suo ad remissi⁹ agendū ceteros p̄uocat. aut singularitate turbat aut inquietat curiositate aut impatientia sua murmuratōe molestat. aut quocunq̄ modo contristat sp̄m dei qui in illis est scandalisans vnuz de minimis meis credentibus. nonne ⁊ hic manifeste p̄sequit x̄pm. agnoscite dilectissimi. ⁊ expauescite cōsortia eorū qui salutem impediūt animarū. horrēdum penitus sacrilegiū est q̄ō ⁊ ipsorū videt exce

dere.facinus qui dño maiestatis manus sacrilegas iniecerunt videbat iam cessare psecutionis tẽpus. Sed vt palam factũ est nunc̃ deesse psecutionẽ a christiano.ꝛ nunc quod grauius est ipsi christum persequuntur qui ab eo vtic̃ christiani dicũtur.Amici tui deus ꝛ proximi aduersum te appropinquauerũt ꝛ steterũt.piuraſſe videt cõtra te vniuersitas ppli xpiani.a minimo vsc̃ ad maximum a planta pedis vsc̃ ad verticẽ capitis non est sanitas vlla.Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus vicarijs tuis qui videnꝫ regere ppl'm tuũ.nõne est iam dicere sicut ppl'us sic ꝛ sacerdos. qz nec sic ppl'us vt sacerdos. Heu heu dñe qz ipsi sunt in psecutione tua primi qui videnꝫ in ecclesia tua primatũ diligere.gerere principatũ arcem syon occupauerũt apphendere munitões ꝛ vniuersam libie potestatẽ.tradunt incendio ciuitatẽ misera eorum cõuersatio.plebis tue miserabilis est subuersio.Vati eñ sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri.ꝛ questum estimat pietatez.copiosissime siquidem pietatis inueniunt in suscipiẽda.immo magis accipienda animarũ cura.sed ꝫ apud eos cura minor ꝛ de animarũ cura siue salute nouissima est eorũ cogitatio.An vo saluatori animarum grauior vlla esse poterit psecutio.Inique agunt ꝛ ceteri cõtra xpm.multi quidẽ sunt nostris temporibus antixpi.merito tñ ꝛ crudeliorẽ eam sentit psecutionẽ p acceptis bñficijs ꝛ grauiorẽ sentit pro potestate c̃ a xpijs ministris.licz alij quoc̃ multi contra xpimorũ salutem multipharie multisc̃ modis ꝛ varijs actionibus agere videãt. hec tñ videt xps ꝛ silet.hec saluator patit ꝛ dissimulat xpte rea dissimulemus ꝛ nos q̃z necesse ꝛ ista sileamus Iteruz maxime de pclaris ipsis magistris sicut ecclesiarũ nimirũ placet ꝛ ipsis.qz vt euadant nunc humana iudicia.veniet̃ semel iudiciũ graue his qui p̃sunt ꝛ potentes potenter tormenta patienꝫ. Hec Beruñ. Vnde ꝛ tales seipsos voluntarie submergunt spũaliter.qz cum in peccato sint mortali quasi naufraganꝫ ꝛ in periculo sunt submersi in mari damnationis eterne. De quo periculo p fructuosam penitentiã que fm be.Grego.est scõa tabula post naufragiũ si vellent eam arripe possent saluari.quam tñ voluntarie refugiũt.non obstante q̃ sine illa nullo modo possunt saluari.Nam vt dicit parisi.in de vitijs parte.vj.Ex quo aliq̃s est in peccato mortali ꝛ si omnes angeli ꝛ omnes sancti dei p eo rogarent ipse nõ posset saluari.nisi penitẽtia pro eo intercederet siue ipm adiuuaret.In cuius cõfirmationẽ dicit xps Luce.xiij.Nisi pniam egeritis oẽs sil' peribitis.

Capitulum LXXII

Secunduz ex quo orit̃ vana gloria humana vt supra dict̃ est corporis vigorosa fortitudo. que fm parisi. in de virtutibus.pte.iij.tracta.de fortitudine.ca.j. Est potentia strennue ꝛ facile actiones corporales agendi ꝛ resistendi a ptrario in hmõi difficile pati endo.sed fatuũ est de tali fortitudine inordinate aliquid gloriari.vt patet ex supradictis.ca.vij.huius sexte partis.vbi agit̃ de scõa specie psumptionis q̃ est scõa filia inanis glorie.Dictis ibidẽ adijciendũ est q̃ teste beato Grego.viij.moral. Fortitudo corporis cito destruit̃ nisi p rõnis cõsilium fulciatur. qz quo plus se pspicit posse eo virtus sine rationis moderamine citius ruit ꝛ deterius precipitat. Sicut manifestẽ patet de illo fortissimo viro sampsone qui vt legit̃ Iudicũ.xvj.p fraudulentiã mulieris derelicto consilio rõnis sua fortitudine priuat. ꝛ in magnã redigit̃ a philisteis suis inimicis miseriam ꝛ seruitutẽ.ꝛ ideo de fortitudine corpali minime est gloriandũ.ꝫ fortitudo anime est summopere ꝓpranda. Pro quo notanduz q̃ Tullius lib.ij.retho.tractans de anime fortitudine. Fortitudo inquit est magnarũ rerum appetitio ꝛ humiliũ ptemptio ꝛ cum rõne vtilitatis laborũ ppessio Item idez. Fortitudo inquit est rõnabilis aggressio terribiliũ cum eorũ ppessione. Macrobi? vo. Fortitudo inquit est animuz supra piculi metum agere.nihilq̃ nisi turpia metuere ꝛ prospera ꝛ aduersa fortiter tolerare. Vñ Hiero.in quadã epla. et ponit in floꝛ.Bartho.ti.de fortitudine. Per bonã inquit ꝛ malam famã a dextris ꝛ a sinistris fortis xpi miles gradit̃ nec laude extollit̃.nec vituperatione frangit̃.nec diuitijs tumet.nec paupertate cõfundit̃. Hec ille. Et ideo merito beatus Ambo.in lib.suo de officijs. Animi inquit fortitudo in duobus principaliter cõsistit. Primo vt exteriora corporis p minimis habeat.ꝛ quasi superflua despicienda magis c̃ appetẽdo ducat. Vñ Aug?.in lib. de libero arbitrio. Fortitudo inquit est affectio animi qua anima incommoda ꝛ damna rerũ non in potestate nostra constitutis ptemnimus. Res vo nõ in ptate nr̃a constitute sunt ille q̃ nobis inuite auferri possunt.qõ cõsideraus quidã phs de quo Seneca in libro suo de cõstantia sapiẽtis.ꝛ ponit in libello vualsensis.de gestis philosophorũ.ꝛ quatuor virtutibus cardinalibus.parte.iij.ca.v.vbi narrat q̃ Demetrius cum cepat megarã ciuitatẽ.interrogauit demetrius Ciphonẽ philolophũ ibi cõmorantẽ.si aliquid de bonis suis pdidisset.ꝛ rñdens phs nihil inquit. Omnia eñ mea mecũ sunt.et tñ patrimoniũ eius filios ꝛ multa alia hostes rapuerunt.quo non obstante inuictũ ꝛ indemnẽ se esse fatebat.habebat eñ vera bona in que nõ erat manus iniectio.scz sapiẽtiam ꝛ virtutes.sed dissipata transitoria ꝛ direpta nõ sua esse iudicabat. ꝫ aduẽticia ꝛ illa nõ tanc̃ sua xpria quipẽdebat. Scõo consistit animi fortitudo in hoc q̃ ea que summa sunt omnesc̃ res in quibus est honestas pclara oi animi intentione vsc̃ ad effectum psequant. Hec ille. Augustinus vo dicit q̃ in pferẽdis molestijs ꝛ aduersis cõsistit animi fortitudo. vnde ꝛ sicut dicit Cassiodorus. vir fortis nõ immerito possit appellari qui nesciꝫ in aduersis tolerandis deficere. aut in ꝓsperis aliqua elatione se iactare.ꝫ animo stabili defixus ad celestiũ rerum contemplationẽ formatus semp manet impauidus. Seneca vero epla.xxxj.dicit q̃ fortis animus est qui in eodem habitu est quocunc̃ res cedunt.cui siue vulgaria bona augẽt supra res suas eminet. siue aliqua extrinsecus vel casus excusserit minor nõ efficit.Tullius vo in libro suo de officijs.dicit q̃ fortis animus et

magnus ex duobus maxime cõprobat. Quorũ vnũ est ex rerũ exteriorũ despectiõne. Scõm est vt animus sit ita affectus. vt res gerat intepide magnas ⁊ maxime viles. ⁊ licet vehemẽter arduas ⁊ plenas laborũ ⁊ periculorũ. Hec ille. ¶ Et nota q̃ si cui dicit be. Greg. lib. viij. moral. ⁊ ponit in flora. Bartho. titu. de fortitudine. Alia est iustorũ fortitudo. ⁊ alia reproborũ. Justorũ quippe fortitudo est voluptatẽ carnalẽ vincere. ꝑuis voluptatib⁹ cõtraire delectationẽ vite ꝑsentis extinguere. hui⁹ mũdi aspera ꝓ eternis ꝓmiis vehementer amare. ꝑsperitatis blanditimenta cõtemnere. ⁊ aduersitatis metum in corde supare. Reproborũ vo fortitudo est transitoria sine cessatione diligere. cõtra flagella incessabiliter ꝑdurare ob amorẽ tpalium. nec ex aduersitate quiescere. ad inanẽ gloriam etiã cũ detrimẽto vite pcurre. malicie augmẽta exquirere. bonorũ vitam nõ solũ verbis ac moribus. ꝫ etiã aliqñ gladiis impugnare. in semetipsis spem ponere. etiã iniquitatẽ fouere. ⁊ quotidie sine vllo defectu desideriũ iniqua ꝑpetrare. Hec Grego. ¶ Et est insup notanduz q̃ sicut dicit parif. in de virtu. pte. iij. tractatu de fortitudine. ca. j. Fortitudo animi sumit dupliciter. ¶ Primo modo generaliter ꝓ quocũq; conamine ad vitij resistentiã. ⁊ sic ois virtus fortitudinẽ habet respectu vicij sibi oppositi. vt humilitas fortitudinẽ habet contra superbiam abstinentia cõtra gulam. ⁊ cõtinẽtiam cõtra luxuriam. Vnde Prouer. vlti. Accinxit fortitudine lũbos suos. ⁊ ad istam fortitudinez ptinet in oi operi meritorio attendere ⁊ cauere ne quid minus debito agat. sicut ⁊ ad temperantiaz generaliter ptinet attendere ⁊ conari ne quid nimis ⁊ vltra mensurã rõnis agat. Scõo modo nomen fortitudinis sumit large ꝓ vehementi resistẽtia mali. ⁊ fortitudo isto modo sumpta attendit circa difficilia in passionibus. siue sint exteriores passiones siue interiores. Exteriores passiones dicunt ille contra quas certamen habet potẽtia. vt ꝓtumelie. damna rerũ ⁊ molestie corporis ab aliquo illate. Vnde Arist. Fortitudo inquit est virtus operatiua gra boni in passionibus difficilimorũ. ⁊ loquit Aristotiles de passionibus siue molestijs exterioribus. Interiores vo passiones dicunt ille ꝓtra quas certamẽ habet temperantia. vt sapores gustui. ⁊ appetitiue sensibilia passiones inferũt. De istis passionib⁹ dicit phs q̃ difficiles sunt ⁊ cõtempanee vite humane. ⁊ isto modo accipit fortitudo Prouer. vlti. vbi dr. Mulierẽ fortẽ quis inueniet. vbi glo. Mulier fortis ẽ ecclesia q̃ ꝓ amore sponsi ꝑspera ⁊ aduersa ꝓtemnit. Contemnere em̃ ꝑspera temperantie. contemnere vo aduersa patiẽtie est. Et nota q̃ sicut dicit Tullius. j. rethorice. li. ij. Fortitudinis animi ẽtu or sunt partes. scz magnificẽtia. fidentia. patientia ⁊ ꝑseuerantia. ⁊ de istis dicet sm ordinẽ.

Capitulum LXXIII

Prima enim pars fortitudinis est magnificentia. Et sicut dicit Tullius vt ꝓus. Magnificẽtia est magnarum ⁊ excelsarũ rerum cum quadã animi ampla ⁊ splẽdida ꝓportõe agitatio atq; administratio. ⁊ hec magnificẽtia sm eundẽ ꝑsistit in quatuor. Nã inquit vel est cordis dedignatio subijci vilibus. vl̃ est affectuosa cuitatio priuari libertatibus. vel est oris ꝑfitẽdo veritatẽ in sermonibus. vel est operis magnifice agendo in effectibus. De primo Sene ca epla. cvj. Homo inquit deberet dedignari subijci vilib⁹ ⁊ maxime peccatis. vnde idẽ. Si inquit scirẽ deos ignoscituros ⁊ homies ignoraturos ad huc peccare dedignarer. De scõo idem epla. lxviij. Ad maiora inquit natus sum q̃ vt sim seruus corporis mei. Vñ ⁊ Tullius. Te inquit animo excelsum natura creauit. ⁊ ideo vuallẽsis in libello suo de dictis ꝓborum. Ex quatuor virtutibus cardinalibus ꝓprium inquit est hois habere excelsum spiritũ querentẽ vbi glorioſissime viuat ⁊ tutissime. ꝫ certe vita glorioſissima ⁊ tutissima viatoris ẽ in cõscientia pura ⁊ virtutibus viuere. Vñ Bernũ. O inquit vita secura vbi conscientia pura est. O inquaz vita secura vbi absq; formidine mors expectatur. immo expectat cum dulcedine. ⁊ accipit cũ deuotione. Sed sicut dicit beatus Aug. in libro suo de libero arbitrio. Nemo securus viuit in his bonis que põt inuitus amittere. virtutẽ aũt ⁊ sapientiam nemo amittit inuitus qui bona transitoria cõtemnit. mala pene trãsitorie nõ metuit. Hec ille. Vñ parif. in summa sua de virtutibus. parte. iij. tractatu de fortitudine. c. xiij. Ad magnanimitatẽ inqt ptinet cauere nõ solũ timiditatẽ. ꝫ etiam temeritatem. Non em̃ debet homo absq; causa offerre se periculo. Nam in tranquillo tempestatẽ optare dementis est. tempestatẽ aũt cum euenerit subuenire sapientis. Vñ Seneca libro de quatuor virtutibus. ⁊ ponit in florario Bartho. titu. de fortitudine. Eris inquit magnanimis si pericula nõ appetas vt temerarius. nec formides vt timidus. Vnde Tullius. Turpis inquit fuga mortis oĩ morte est peior. timidũ aũt nõ facit animũ nisi rephẽsibilis vite mala ꝑscientia. Si magnanimis fueris nunq; iudicabis tibi cõtumeliã fieri. ⁊ de inimico dices. Non nocuit mihi ꝫ voluntatẽ nocẽdi habuit. Et sequit. Et tanto se vnusquisq; ad fortitudinẽ ꝓfecisse demonstrat. quãto aliena mala robustius tolerat. nam minus in se ualuit quẽ iniquitas aliena strauit. qz in eo q̃ ferre ꝓtractetatẽ nõ valet pusillanimitatis sue gladio ꝓfossus taceret. virũ aũt magnanimũ aduersa nõ deprimũt ⁊ ꝑspera nõ extollunt. Ipe em̃ nõ metuit mortẽ pauptatẽ nõ spernit. voluptates sub freno rõnis tacere cõpellit. hec ille. ¶ De tercio em̃ in quo ꝑsistit magnificẽtia. scz de oris ꝓfessione veritatis in sermonibus loquit vuallensis. in li. suo. de dictis ꝓborũ. ⁊ quatuor virtutibus cardi. pte. iij. c. j. vbi sic. Maluerũt inquit antiqui veridici dicẽdo veritatẽ mori q̃ tacita veritate viuere. sicut exemplũ habemus de sctis apostolis martyribus ⁊ alijs veridicis eorũ imitationibus. ⁊ mimirũ nam vt dicit be. Aug. ⁊ ponit in ca. xj. q. iij. quisquis. Quisquis em̃ veritatẽ metu cuiuslibet ptãtis occultat iram dei ꝓtra se ꝓuocat. qz magis timet hoiem q̃ deũ. Et sequit. vterq; reus est. ⁊ qui veritatẽ occultat. ⁊ qui mendaciũ ꝓfert qz ⁊ ille ꝑdesse nõ vult ⁊ iste nocere desiderat. Itẽ ibidẽ ca. nemo. Nemo inquit peritorũ vel prudentiũ pu

ret q minus periculū sit in verbis lingua mētiendo q̄ manibus sanguinē effundēdo. melius aūt p̄ Pitare pati suppliciū q̄ p adulatōe būficiū. ℔ ille.

¶ De q̄rto i q̄ p̄sistit magnificētia. s. de opis magnifica actōe in effectibus. vñ parīt. vbi p̄tus. Dō inquit magnanimus terribilia seu difficilia aggredi tur ꝓpter cōem vtilitatē vel honestatē. z nō ꝓpter cupiditatē vel glorie vanitatē. nō em̄ decet vt cupiditate vincat q̄ metu nō frangīt. Et sequīt. Ad magnificentiā p̄tinet em̄ ardua opa appetere. z magnitudinē boni z mali transitorij superare. magnitudo boni transitorij superat cum illud ꝓtemnīt. z magnitudo mali transitorij superat q̄n illud nō timet. Vñ Seneca in quadā epla magnanimi inquit est magna cōtēnere ac mediocria malle q̄ nimia. illa em̄ vtilia vitaliaq̄ sunt. hec vo eo q̄ superfluūt nocent. sic segetē nimia sternit vbertas. sic nimio fructuū onere rami franguntur. sicq̄ fecunditas nimia ad maturitatē nō puenit. Itē animus q̄z nocet q̄s immoderata rumpit felicitas mūdana. q̄ non tm̄ in aliorū iniuriam ꝑ etiam in suaz vertunt. Hec ille. Magnificentia em̄ q̄ in p̄dictis quatuor p̄sistit necessaria est cuilibet vianti. Vnde parīt. in de virtutibus. parte. iij. trac. de fortitudine. c. iij. In mūdo inquit isto q̄si in studio certaminis positi sumus. Vñ Eccs. iij. Tps belli z tps pacis. tps belli in p̄senti vita ē. z tps pacis in vita eterna. Vñ Job. vij Militia em̄ est vita hois sup terrā. vñ illa pars ecclesie q̄ est in terra militans ecclesia vocat q̄ fortitudinē debet esse. induta in p̄ti. Vñ Prouer. vlt. Fortitudo z decor indumentū eius. Isa. lij. Induere fortitudine tua syon. si sine fortitudine sit. necesse habet fugere hostes suos tanq̄ inermis. Vñ Treñ. j. Abierūt absq̄ fortitudine ante faciē subsequētis. Virtus fortitudinis insuperabilis est. totus em̄ mūdus deuincere nō possit vnū hoiem in quo esset vera animi fortitudo. Q̄ñ Seneca. Facilius est gentē vnā sine fortitudie q̄ vnū fortitudinē animi habentē euincere. q̄ sine fortitudine animi nihil ē fortitudo corpis. Vñ Isa. j. Erit vobis fortitudo vra vt fauille stupe. sed fortitudo animi hostes spūales deuicit. Vñ. ij. Regū. xxij. Accinxisti me fortitudine ad p̄lium incuruasti resistētes mihi subtus me. Item fortitudo animi bona sua reuat. vñ Ju. xj. Cum fortis armatus custodit atriū suū in pace. sunt oia q̄ possidet. Item hoiem dirat vñ Prouer. x. Egestatē opata est manus remissa. manus aūt fortiū diuitias parat. Item deus letificat. vñ Neemie. viij. Gaudiū est dñi fortitudo nostra. Item hoiem glorificat sicut z ignominia hominē vilescat. vñ Prouer. xij. Manus fortiū dñabit q̄ aūt remissa est tributis seruiet. Itē regnū celoz rapit sue adipiscit. vñ Matb. xj. Regnū celorum vim patit z violenti rapiūt illud. Et ꝺ merito Seneca in lib. de q̄tuor virtutibus. Magnanimitas inquit q̄ est fortitudo dī. si insit animo tuo cū magna fiducia vines ꝛc.

Capitulum LXXIIII

Ecunda pars fortitudinis vt supra dī est fidētia. Et est fidētia certa spes animi ꝓducēdi ad finē rem in chōatā. Et sicut dicit petrus lom. iij. sen. dis. xxvj. c. j. Spes est certa expectatio future beatitudinis venies ex dei gra z meritis p̄cedētibus. Vñ z hāc eandē diffinitionē spei ponit scūs Tho. in de veritate theolo. li. v. c. ij. In hac inquit diffinitōe nō summit certitudo q̄ certitudines demōstratiōis. ℔ pro certitudine opinionis qua plene vni pti cōsentit. z hmōi expectatōis principalis cā est gra dei z non merita nra. q̄ opa nra nō sūt meritoria nisi ex gra sine meritis tñ aliq̄d sperare non est spes sed sumptio. ꝺ dicit ps. Sacri. sacri. iusti. z spe. in domino

¶ Sed ꝓ aptiori declaratōe huius diffinitōis primitus est notandū q̄ spes q̄ñq̄ sumit ꝓ re quā speramus. z sic sumit ad Tyt. ij. cū dī. Expectantes beatā spem. Item in ps. Beatus hō cuius nomē dñi spes eius est. z iterū. Tu es dñe spes mea a iuuētute mea. Itē Joel. iij. Dñs est spes ppli sui. sed spei isto mō sumpte non ꝓpetit p̄dicta descriptio. Q̄ñq̄ vo sumit spes ꝓ gloria future certitudine. z sic sumit ad Rom. v. cum dī. Probatio em̄ spem opat. i. certitudinē future glorie. Item Prouerb. xxiij. In timore dñi esto tota die q̄m habebis spem in nouissimo. Q̄ñq̄ vo sumit ꝓ illa virtute q̄ spes dī. z sic sumit. j. Cor. iij. cū dī. Nunc manēt fides spes z charitas. Sed nullo p̄dictorū modoz sumit spes in p̄dicta descriptōe. Et q̄ñq̄ vo sumitur spes ꝓ motu ad illā virtutē q̄ spes dī. z sic sumitur Thob. ij. cū dī. vana facta est tua spes. Item in ps. Deus me⁹ in adiutoriū spei mee. Itē. j. Thes. iiij. Non ꝓtristemini sicut z q̄ spem nō bñt. z spei isto mō sumpte cōpetit descriptio supradicta ¶ Scdo ꝓ declaratōe p̄dicte descriptōis est notandū q̄ sicut duo sunt vbi ē expectatio corpalis. Quorū primū est q̄ intendat animus ad aliq̄d absens vt fiat pñs. vñ expectās dī q̄si extra rem positus spectās. Scdm est q̄ vbi est expectatio corpalis ibi est pmanētia localis q̄tū ad corpus. Sic spūaliter duo sūt vbi est expectatio q̄ spes dī. Est em̄ ibi intētio animi ad futurā beatitudinē. quā intentionē b. Aug. in li. de ciui. vocat aspectū oūdens aspectuz talem ad spem ptinere. Nā pus est inquit sanos oculos mētis hre q̄ sit ꝓ fidē. z deinde aspicere q̄ sit per spem. Itē est ibi pmanētia in loco spūali q̄ deest. de q̄ pmanētia dicit xps Job. xv. Manete in me et ego in vobis. Item. j. Joh. iiij. Qui manet in charitate in deo manet z deus in eo. Qui em̄ a deo ꝓpter̄ recedit nō habet hanc expectationē q̄ ad spē requirit ¶ Tercio ꝓ declaratōe p̄dicte descriptōis est notandū q̄ aliqua est certitudo cognitōis q̄ opponit dubitationi. z ℔ certitudo ptinet ad fidem. z aliq̄ est certitudo fiducie q̄ ad titubationem vel desperationē ē opposita. z ℔ ptinet ad spē q̄ est i via. z ē aliq̄ certitudo securitat⁊ q̄ opponit timori sepationis. z ℔ certitudo erit in patria ¶ Et nota q̄ sic dicit scūs Tho. in de veritate theolo. li. v. ca. xxij. Inter fidē z spem talis est dīa q̄ fides est de ꝑteritis. p̄tibus z z futuris. spes aūt tm̄ de futuris. fides aūt tā de bonis q̄ de malis. spes vo tm̄ est de bonis. fides de bonis est tā sibi q̄ alijs. spes aūt de bonis sibi tm̄. Cōueniūt tñ fides z spes in ℔ q̄tā fides q̄ spes de inuisibilib⁹ sūt. Certitudo vo spei ex rib⁹ oūt. ex dīna largitate. z ex abūdātia meritoꝝ

ꝛ ex ꝓgnatõe etnoꝝ. Et nota q̃ spes put ẽ viatoris ẽ cũ certitudine opinionis Sz spes eoꝝ qui sunt in purgatorio ꝛ q̃ fuerũt ante incarnationem xpi in limbo ẽ vt fuit certitudine sciẽtie. Vñ declinat aliq̃ mõ a spe ꝓprie dicta spes va q̃ fuit in beato stephano qñ vidit celos aptos. et spes q̃ fuit in beato paulo apl̃o quãdo dixit. Scio cui credidi et certus suꝫ. Et spes etiã q̃ fuit in adam ante peccatũ fuit ex certitudine visionis tamen debilioris q̃ in celo. Unde spes sic sumpta ẽ spes minꝰ ꝓprie dicta. Et ex hijs patet q̃ in patria nõ ẽ spes. q; beatitudo ẽ omniũ bonoꝝ simul tota possessio. vñ sibi nihil futurũ ẽ qõ speret. Et licet sanctis in celo adhuc sit spes de futura suoꝝ corporũ resurrectione fm rem. hec tamẽ resurrectio eis ꝓsens ẽ fm certissimã cognitionẽ. hec Thomas.

Capitulum LXXV

Sed est hic insuper notandũ q̃ cũ motus spei sit circa illa q̃ supra nos sunt multa ꝓferũt ad modũ spei eliciendũ motiua ¶ Quoꝝ primũ est dei liberalitatis cõsideratio qui seruiẽtes sibi remunerat supra merita siue put ipm decet vltra condignũ. ꝛ hec liberalitas dei gratia vocat in descriptione ꝓposita cũ dicit. venies ex dei gratia. ¶ Secũdum motiuũ ad eliciendũ motũ spei conferens ẽ humilis cõsideratio ꝓprij meriti. ꝓsertim eũ deus ꝓmiserit se redditurũ premiũ hijs qui debito modo sibi deseruiunt. dicente scriptura Eccli. xvj. Reddet vnicuiq̃ fm virtutẽ operum suorum. ꝛ cum deus verax est ꝓmissa fideliter persoluens constat q̃ ab eo nullũ bonũ erit irremuneratũ. sicut nullũ malum impunitũ. Unde spes quasi duabus basib⁹ munitur. s. dei liberalitati que sibi seruiẽtes remunerat vt decet. ꝛ dei iusticie que sibi seruientib⁹ solvit fideliter que ꝓmisit. et ad hec duo ptinent due particule vltime descriptionis iste. s. cũ dicit meritis precedẽtibus. Notandũ est q̃ motũ spei quandoq̃ ꝓcedunt merita in actu vt in eo q̃ in charitate est ꝛ bona opa facit quibus sperat se habituruꝫ eternã beatitudinẽ. Et quãdoq̃ vero merita precedũt motũ spei in intẽtione licz nõ in actu vt in illo q̃ ẽ in peccato mortali q̃ interim facit boni q̃cquid facit optans vt dñs illustret coꝝ suũ ad penitentiã peragendã qui sine ꝓsumptione sperat se habituꝫ eternã beatitudinẽ. cogitat enim ꝛ sperat p gratiã dei adhuc se habiturũ merita quib⁹ beatitudo debeatur. ¶ Terciũ motiuũ conferens ad eliciendũ motum spei. est multiplex scripture sacre exhortatio. vñ ps. Sperent in te q̃ noverunt nomẽ tuũ domine. Item. sperate in eo omnis cõgregatio ppli. Itẽ Spera in dño ꝛ fac bonitatẽ. Item. O cuii omniũ in te sperant dñe. Itẽ eccles. ij. Qui timetis deum sperate in illũ. Item Osee. xij. Spera in dño tuo semp. Et merito hortat nos scriptura ad sperãdũ in deo. quia naturale ẽ ꝛ in experientia frequẽs ostẽsum q̃ qui debilis est ꝛ cadere ꝓtimescit alicui rei stabili innititur ꝛ adheret. vt patet in puero q̃ leuatur ad standũ si estimet se casurum statim adheret alicui rei stabili. Sic naturaliter ratio docet aiam agnoscentem debilitatẽ ꝛ insufficientiã suã q̃ fortiori se adherere debeat ꝛ innitꝰ. s. deo qui supportat sustentat omnia ꝛ gubernat. vnde Ysai. l. ca. Quis ambulauit in tenebris ꝛ non est lumen ei. speret in nomine domini. ꝛ innitatur sup deũ suũ. Hec considerans beatus augꝰ. quare inquit dominus totiens nos ad innitendũ sibi moneret si supportare nos nollet. non est enim illusor deus vt se ad supportandũ nos offerat. ꝛ nobis et innitẽtibus in ruinã nostrã se subtrahat. Unde Roma. v. Spes autem nõ confundit. Sup quo augꝰ. Confundit inquit spes que qõ sperabat nõ invenit. sicut multotiens ptingit illi qui sperat in homine. Et iõo merito dicit ꝓpheta Hiere. xvij. Maledictus hõ q̃ ꝓfidit in homine. spes illa nõ maledicit nec ꝓfundit q̃ ẽ in deo. q̃ nec fallit nec fallere põt. vñ ps. In te speraverũt. s. patres nri. ꝛ nõ sunt cõfusi. Itẽ. In te dñe speraui nõ ꝓfundar ineternũ. Itẽ Eccles. xvij. ca. Nullus speravit in deũ ꝛ ꝓfusus ẽ. Itẽ ps. Deus meus in te ꝓfido nõ erubescã. ¶ Quartũ motiuũ ad eliciendũ motũ spei conferẽs ẽ. q̃ scriptura sacra beatos totiẽs asserit sperãtes in dño. vñ ps. Beati oẽs q̃ timẽt siue ꝓfidũt in dño. Itẽ Beatꝰ vir cuiꝰ ẽ nomẽ dñi spes eiꝰ. Itẽ puer. xvj. Qui sperat in dño beatus est. Itẽ puer. xxviij. Qui sperat i dño saluabit. Vñ et sperãs in dño ẽ q̃si arbor bñdicta fructus vberes habens cũ a misciõia dei abundanter irriget. Vñ Hiere. xvij. Benedictus vir q̃ confidit in dño. Et subdit. Erit q̃si lignũ quod plantatur sup aquas q̃ humorem mittit ad radicẽ suaꝫ et nõ timebit cuꝫ venerit estus. Itẽ ps. Erit tanq̃ lignum quod plantatũ est secus decursus aquarũ. quod fructũ suum dabit in tempore suo. Et iterũ Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dñi speraui in misciõia dei in eternũ. Itẽ. Fiat misciõia dñe sup nos quẽadmodũ sperauim⁹ in te. ¶ Quintũ motiuũ ꝓferẽs ad eliciendũ motũ spei est consideratio immẽsitatis diuine misciõie. respectu cuiꝰ satis parua est tota nostra miseria vt bene ostensum ẽ supra in septima specie auaricie vbi agit ō quarto ope misciõie spũalis. ꝛ in illo vbi agit ō quarto pungitiuo cohortãte ad diuinam misciõia in flagitandã. Dictis ibidem adjiciendũ q̃ sicut dicit beatꝰ augꝰ. in de spũ ꝛ anima. ca. liij. Memo igit de dei pietate diffidat qñ maioꝝ ẽ misciõia eius q̃ nostra miseria. ꝛ quisq̃s ad eũ toto coꝝde clamauerit exaudiet eum. quia misericors est. Tardius siquidẽ videtur sibi veniaꝫ peccatori dare q̃ ipi peccatori veniam accipe. sicut enim festinat absoluere reum a tormento consciẽtie sue quasi plus cruciet ipsuꝫ cõpassio miseri q̃ ipsum misex passio sui. hec ille. Unde ꝛ misciõia dei tanta ẽ q̃ magis excedit omnia humana peccata q̃ totũ mare excedit eius minimã guttam. Et hoc ostẽdi potest par rationẽ naturalẽ. nã sicut quelibet gutta aque maris cõtinet sub certa quãtitate pondere et mẽsura. sic tota aq̃ maris sub certa quãtitate pondere ꝛ mensura ꝓtinet. ita q̃ deus omnia cognoscens vere dicere potest ꝑcise tanta est aqua maris et precise tot gutte ꝓtinent in illa ꝛ nõ plures. ꝛ q̃ ꝓsequẽs tota aqua maris habet se in certa ꝓportione in compatõe ad eius minimã guttaꝫ. q̃uis mẽs humana nõ sufficiat illam ꝓportionẽ cõprehendere q̃ misericordia

dei q̄ simpliciter ē infinita nō ꝓtinet sub aliqua determinata quātitate pondere nec mensura. Et ido inter misericordiā dei ⁊ peccata hūana. q̄ quotcūq̄ sint ⁊ qualitercūq̄ grauia tamē sunt finita. Nō ē igit aliqua ꝓportio nec cōparatio danda. ⁊ p consequēs infinite magis excedit misc̄ia dei peccata hūana q̄ tota aqua maris eius minimā guttā. Et ideo semp debēt peccatoꝛ ꝓfidere in dei misc̄ia et ꝓsiderare q̄ deus veloꝛ ē ⁊ ꝓnus ad miserandū ꝫ tardus ⁊ remissus ad puniendus. Ñ habem⁹ q̄ deus veloꝛ sit ad miserandū figurā Luce. xv. vbi legit q̄ filius ꝓdig⁹ postq̄ ꝓsumpsisset bona sua cū meretricib⁹. penitētia ductus surgens venit ad patrē suū ad eius misericordiā postulandū. et cuꝫ adhuc aūt longe esset vidit illū pater ei⁹. ⁊ misericordia motus occurrēs cecidit sup collū ei⁹ ⁊ osculatus ē eū. Spūaliter pater iste pater celestis ē. q̄ veloꝛ ē ⁊ gaudens ad recipiendū peccatoꝛes vere penitētes ad misericordiā. Ñ Lu. xv. Gaudiū ē angelis in celo sup vno peccatoꝛe penitentiā agēte. q̄ sup nonagintanouē iustis q̄ penitētia nō indigent. Et q̄ deus tardus ⁊ remissus sit ad puniēdū habem⁹ Gen. iij. vbi legit ō ꝑmis parētib⁹ q̄ post q̄ transgressi sunt mandatū dei audiuerūt vocē domini dei deambulantis i paradyso ad horā p⁹ meridiē. Sup quo Janu. in de ope q̄dragesimali. sermo. xxxv. Ecce inquit q̄ ad puniendū transgressores iuit nō currebat. nec ibat impulsus ab aura ꝫ ibat ad auram. i. cōtra auram. in signū q̄ quando ad puniendū ꝓgredit sua misc̄ia sibi quodāmodo resistit. nec iuit in meridie statim quādo adam peccauit. ꝫ expectauit vsq̄ post meridiem. Unde ⁊ in signū ⁊ cōfirmationē q̄ ꝓnus ē ad miserādū ipemet dicit Ezech. xviij. Nolo mortē peccatoris. ꝫ vt magis puertat ⁊ viuat. Et in signū q̄ tardus ⁊ remissus ē ad puniendū ⁊ quasi cū dolore iusticia sua exigēte punit peccatoꝛes ipemet dicit p ꝓphetam Isa. j. Heu ego ꝓsolabor sup hostibus meis ⁊ vindicabor de inimicis meis. ℞ Exquo igr deus tamꝛonus est ad dandū misc̄iam. ⁊ tamre missus ⁊ inuoluntarius ad puniendū. ſm ꝓsiliuꝫ apli ad Hebreb. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronū gratie eius vt misericordiā cōsequamur ⁊ gratiā inueniam⁹ in auxiliū. Unde ⁊ in figurā q̄ possumus iam secure si volnerim⁹ dimittere peccata nostra adire thronū gloꝛie dei ad misericordiā impetrandū. legit Hester. iiij. q̄ rex assuer⁹ statuit q̄ vir ⁊ mulier nō vocata ad eū nullatenus intraret. ideo cū mardocheus misit ad hester vt ad regē intraret ꝓ popꝛo deprecatura. timuit illa regē adire ꝫ tamē cū tribus diebus ipa cū populo suo penitērie se dedisset. tercia die induit se regalib⁹ vestimentis anglice qꝛ venegloyng ⁊ stetit in atrio domus regis. cū vidisset eā assuerus placuit oc̄ul⁹ ei⁹ ⁊ extēdit ad eā aureā virgā in signū clemētie. et dixit ad eā. Quid vis hester etiā si dimidiā partē regni mei petieris dabit tibi. Spūaliter assuer⁹ intꝛpretatur beatitudo. et signat patrē celestē q̄ beatitudo ⁊ vita ē saluandoꝛ. iuxta illud Joh. xvij. Hec ē vita eterna vt cognoscāt te solū verū deū ⁊ quem misisti iesum xpm. Iste em assuerus statuit p⁹ peccatū ꝑmi parētis q̄ nullus hō ad eū ingrederetur quousq̄ vocaret. qꝛ anteqū filiū suuꝫ q̄si nuncium mitteret vt pcꝛores vocaret ad penitentiā. nullus in celū intrauit nec intrare potuit. qꝛ paradisi porta clausa ē q̄ euam cū cctis. ꝫ nūc postq̄ xps nos vocauit q̄ suam passionem mardocheus qui interꝓtatur mare cōterens anglice zening bittur contritionē. ⁊ significat gratiā spiritussancti qua conterit coꝛ peccatoris vere penitentis. Audaciā ꝓbet hester ad regem veniā petendo intrare quādo gratis spiritussancti excitat animā peccatricem ad misericordiā de peccatis suis postulandū. que ad ꝫ faciendū debet se induere vestib⁹ regalibus. s. fide spe ⁊ charitate. ⁊ intrare atriū regis. i. atriū penitentie q̄ ostiū vere confessionis. ⁊ sic placebit regi celesti q̄ virgā auream. i. suā misaōiam sibi extēdet et nedū medietatē ꝫ etiā integrū regnū celoꝛ sibi cōcedet. vñ Lu. xij. Cōplacuit patri vestro dare vob regnū. Predictā em immēsam dei misc̄iam ꝓsiderās ap̄lus ad tyt. iij. sic scribit. Nō ex opib⁹ iustic̄ie q̄ fecim⁹ nos. ꝫ ſm misc̄iam saluos nos fecit. In cui⁹ exemplū legit in de gestis imꝑatoꝛ q̄ quedā mulier ꝓter quoddā suū flagiciū adiudicata ē morti. q̄ statim sentētia data appellauit. querenti aūt imꝑatoꝛi ad quē appellaret cū non esset eo in deꝛ superioꝛ in regno suo. respondit dicēs. Domine tu me iudicasti ſm iusticiā tuā ad penā mortis quaꝛ merui. Ego vero appello ad tuam misc̄iam in quā speraui. Et ait imꝑatoꝛ. Ad misc̄iam appellasti ⁊ misc̄ia te liberabit. Spūaliter imperatoꝛ iste ē summus imꝑatoꝛ celi ⁊ terre. ſm cui⁹ iusticiā anima mortaliter peccans damnabilis est morti eterne. iuxta illud Ezech. xviij. Anima que peccauerit ipa morietur. ſm tamē eius misc̄iam. vt dicit in ps̄. Saluos fecit sperātes in se. Ñ vt dicit ꝓpheta in ps̄. Misericordia eius ab eterno et vsq̄ in eternū sup timētibus eū. Et notabiliter dicit super timentibus eū. quia sicut dicit beatus Greg. xxix. moꝛa. De spe in cassum ꝓsumit qui timere deū in suis operibus renuit. Unde vt dicit Crisop. ope. imp. ome. xliij. Justicia sine misericordia nō ē iusticia ꝫ crudelitas siꝛ misc̄ia sine iusticia nō misc̄ia ꝫ fatuitas. ⁊ iam deus neq̄ ē fatuus neq̄ crudelis esse potest. cū iusticia fecit sp misericordiam puniēdo impiū citra cōdignū. ⁊ remunerādo iustū vltra cōdignū. Unde aug⁹. ⁊ ponit in ca. de peni. dist. j. quē ptinet. Deus em inq̄t q̄ misericoꝛs ⁊ iustus est. sicut conseruat misericordiam in iusticia. ita ⁊ iusticiam in misericordia. Opus em misericordie penitētī ē peccata dimittere. sed opoꝛtꝫ vt iustus iuste misereat. oportet em vt nō soluꝫ quid fecit. ꝫ etiam in quo doleat considerat. si dignus ē non dico iusticia ꝫ misericordia. iusticia solū dānat sed dignus ē misc̄ia qui spirituali laboꝛe gratiā petit. laboꝛat ei mēs patiēdo erubescētiā. ⁊ q̄m verecūdia magna ē pena. q̄ erubescit p xpō dign⁹ sit misc̄ia. Ñ ꝓꝫ qꝛ ēsto plurib⁹ ꝓfitebik i spe venie turpitudinē criminis. tāto facili⁹ cōseqūt grām remissiōis. ꝫ aug⁹. Sz mlti sūt hūjs dieb⁹ q̄ ꝓfidūt de dei misc̄ia. ꝫ nō timēt ei⁹ iusticiā. ⁊ ido q̄tienscūq̄ ⁊ q̄ꝫ grauit peccēt nō curāt. Tales ei sīles sūt cuidā aui de q̄ narrat auicēna. viij. de aialib⁹ q̄ cuꝫ vipera multoties pugnat ⁊ vincit ꝫ tamē ex istin-

hec ille. Si em aliquis quereret ab aliquo impio seruiente dyabolo an esset seruus diaboli in vsura luxuria. furto. adulterio. ⁊ hmõi. Et licet talis esset tñ erubesceret hoc fateri. Sed quanto magis erubescet in die iudicij qñ coram deo. angelis. omnibus sanctis. ⁊ omnibus creaturis mundi opa sua manifestissime ostendent ipm esse seruũ dyaboli. Et ideo dicit ps. Erubescant impij ⁊ deducant in infernũ. ¶ Septimo timendũ est iudiciũ vltimũ. qz tunc iudex qui nunc clemens ⁊ patiens est ⁊ pstabilis sup malicijs. tũc erit austerꝰ terribilis ⁊ feruore plenus siue furore plenus ad reddendum suis hostibus vltionẽ. Vnde Greg. sup euãgelia ome. xij. Deus inquit despicit ⁊ expectat. ꝓtemni se videt ⁊ reuocat. iniuriam de cõtemptu suo suscipit. ⁊ tñ qñq; reuertẽtibus etiã pmia ꝓmittit. ℔ nemo hanc eius longanimitatẽ negligat. qz tanto districtiorẽ iusticiã in iudicio exercet. quanto longiorez patiẽtiã añ iudiciũ ꝓrogauit. Hinc eteni Paulus ad Rom. ij. dicit. Ignoras q benignitas dei te ad pniaz adduxit fm duriciã aũt tuã ⁊ cor impenitẽs thesaurisas tibi irã i die ire ⁊ reuelatõis iusti iudicij dei. q̃ reddet vnicuiq; fm opa sua. ℔ Grego. vñ de deo est sicut de sole materiali. Nam sicut sol describens circulum zodiaci mouetur de signo leonis in signum virginis. ⁊ signo virginis in signuz libre. sic sol iusticie describens circulum sue eternitatis in sua operatione ante suam incarnationem fuit quasi in signo leonis. naz sicut leo naturaliter sibi humiliter ꝓstratis parcit. dicẽte poeta. Parcere ꝓstratis vult nobilis natura leonis. Sed totaliter dilacerat sibi volentes violenter resistere Sic sol iusticie describens circulũ sue eternitatis. de quo dicit ꝓpheta. Vobis timentibus nomen meuz oriet̃ sol iusticie. Malach. iiij. Ante suam incarnationez sibi humiliter obedientibus pepcit. ℔ sibi ptinaciter inobediẽtes totaliter destruxit. sicut patet Genes. vij. de noe iusto ⁊ filijs suis quos dominus saluauit ab aquis diluij quo miseros peccatores sibi inobediẽtes submersit in ꝓfundũ inferni. Item Gen. xix. legit de loth. vxore sua. ⁊ filiabus suis quas saluauit a submersione sodome ⁊ gomorre. ℔ sup miseros sodomitas pluit sulphur ⁊ ignem. ⁊ submersit eos in ꝓfundũ inferni. Item Nume. xvj. legit de moyse ⁊ aaron ⁊ alijs iustis q̃ bus pepcit deus qñ fecit terraz apto ore Chore dathan ⁊ abyron deglutire in infernũ viuẽtes. Ecce nũc tẽporis fuit sol iusticie in signo leonis. sed de isto signo transiuit in signũ virginis. ⁊ hoc qñ sez naturã humanã assumpsit de gloriosissima virgine maria. Vnde tam p humilitatẽ sue gloriosissime matris effectus est tam mansuetus benignus ⁊ misericors q̃ plures iniurias ⁊ opprobria ⁊ contemptus patienter sustinet. ad videndũ si miseri peccatores vellent se a suis peccatis cõuertere di. Ezech. xviij. Nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertat̃ ⁊ viuat. Sed certe de isto signo trãsibit in signũ libre. ⁊ hoc erit in die iudicij. qñ cũ libra sue eqnitatis iuste ⁊ eque librabit. omnes generationes. omnia verba ⁊ opa vniuscuiusq; homis ⁊ tunc reddet vnicuiq; fm opa sua. nec erit flexibilis ꝓce nec ꝓcio. Vnde Prouer. vj. Furor viri nõ parcet in die vindicte. nec acquiescet cuiq; ꝓcibus nec suscipiet p redemptione dona plurima. tunc em put dicit Apoc. xiij. De ore eius exvtraq; pte gladius acutus. ¶ Sup quo parit. in de virtutibus parte. iiij. dicit. q gladiꝰ acutus ex vtraq; pte est sententia qua aia cum corpore damnabit̃ ad penam eternam. tunc put dicit Apoca. ix. Querent homines mortem ⁊ nõ inuenient. desiderabũt mori ⁊ fugiet mors ab eis. ⁊ nimirũ. qz tunc put dicit Prouerb. xix. Sicut fremitus leonis ita ira regis supple penes impios. Quibus fm Chrit. tunc dicturus est xps. Ego ꝓpter vos factus sum homo. ꝓpter vos alligatus. desultus flagellatus ⁊ crucifixus. vbi est tantarũ mearũ iniuriarũ fructus. ecce ꝓcium sanguinis mei quẽ p redemptione animarum vestrarũ dedi. vbi est seruitus vestra quã michi p ꝓcio sanguinis mei reddidistis. ego p amore vestro vitam meã dedi. ⁊ vos vilissimam turpitudinem peccati in amore vestro plus ℔ me vel meam iusticiã habuistis. Hec ille. O miseri ⁊ falsissimi traditores quare non considerastis q ego creaui vos ad ymaginẽ ⁊ similitudinẽ meã. ⁊ heredes regni celestis constitui. ⁊ omnes creaturas mũdi vobis seruire feci. ⁊ nedum creaturas mundi inferiorꝭ sed ⁊ superiorꝭ. immo angelos meos vobis seruire feci. qz cuilibet vrm assignaui vnũ de angelis meis electis ad custodiendũ vos a lapsu in peccatis. ⁊ qñ de negligentia vel fragilitate ceciditis ad iterum vos sublenandũ qui vos nũq; deseruit sed semp p totam vitam vestram paratus erat ad vos adiuuandũ. ⁊ ad vitam virtuosam vos excitãdum. sed vos consilium illius renuistis. ⁊ fm cõsiliuz angeli sathane semp inique egistis. Et vltra istud ego dedi vobis ad seruiendum meipm. ⁊ ego qui dñs fui omnium feci meipm p amore vestro ita pauperem q non habui vbi caput meũ reclinarem. Ego qui fui rex glorie recepi opprobria scandala ⁊ despectiones ad faciendum vos honorabiles ⁊ gloriosos. ego passus sum famem ⁊ sitim ad vos delitijs reficiendũ eternis. ⁊ tandem p vobis passus sum mortẽ horribilissimam ad ducendũ vos ad vitam eternam. Et in tpe mee passionis dedi p amore vestro fauces meas pcussoribus. faciẽ meã sputo deturpari. caput meũ corona spinea coronari. manus meas ⁊ pedes meos clauis acutissimis cruci conclauari. latus meũ vsq; ad centruz cordis pforari. Immoꝛ omnia mẽbra corpis mei dedi p vobis ad penam ⁊ passionẽ grauissimam patiẽda. ℔ vos ecõtra tanq; ingratissimi miseri dedistis omnia mẽbra vestra ad me despiciendũ. vñ ego dedi oculos meos ad lachrymas p amore vestro effundendũ. ⁊ vos dedistis oculos vros ad vanitatẽ mũdi cõcupiscendũ. Ego dedi aures meas p amore vro ad scandala ⁊ opprobria de me dicta patiẽter audiendum ⁊ vos dedistis aures vestras ad mẽdacia ⁊ detractões ⁊ scandala ab impijs seruis meis illata voluntarie audiẽdũ. Ego dedi os meũ p amore vro ad acetũ cum felle mixtũ degustandũ. ⁊ vos dedistis os vrm ad gulam mẽdaciũ turpiloquiũ detractionẽ ⁊ ad mẽbra mea iuramẽtis horribilibus lacerandũ. Ego dedi manus meas pedes meos p amore vestro ad lignũ crucis

cõclauãdos. et vos dedistis manus vias et pedes vros ad furtũ z homicidiũ ꝑpetrãda. Ego dedi cor meũ ꝓ amore vro ad lanceã acutissimã ꝓfodiendã. z vos dedistis cor vestrũ ad voluptatem z ad omnem immũditiã cõcupiscendũ. Item qñ fuistis infirmi ego restitui vos ad sanitatem. Qñ fuistis in tribulatione z angustia ego restitui vos ad ꝓsperitatem. Qñ fuistis in pauptate ego diuites vos effeci. et qñ fuistis in carcere ego ꝓ redemptione vra sanguinem cordis mei dedi. z qñ vestraz ꝑdidistis hereditatem ego vobis illam ꝓ passionẽ iterũ impetraui. Sed vos miseri ingratissimi in omnibus istis reddidistis mihi malũ ꝓ bono. z odiũ ꝓ dilectione mea. Et tñ omnes ꝑdictas iniurias z ingratitudines vestras patienter sustinui. z paratus erã vobis misericordiam dare. immo intantũ ꝙ multotiẽs misi ad vos nuncios meos. id est ꝑdicatores verbi mei ad monẽdũ vos de istis pessimis delictis vos metipsos emendare. sed nihil de nunciis meis curastis: ꝫ potius eos z verba mea in opprobriũ z iracundiam ꝓuocastis. z dyabolo meo capitali aduersario placuistis. Et ideo nimirũ tunc hmõi traditores suos grauissime castigabit. dicẽte seipso ꝙ ꝓpheta in ps. Visitabo in virga iniquitates eorum z in verberibus peccata eorũ. ¶ Sed ꝓ isto ẽ notandum ꝙ deus diuersos diuersis temporibus diuersimode flagellat. in hoc em mũdo flagellat sibi inobedientes. ac si prius pater filios suos delinquẽtes cum virga de scirpis castigaret. qz modica est quecunq; pena ꝑsentis vite in comparatiõe ad vitã futurã. In purgatorio aũt flagellat sibi inobedientes. ac si pater ad impatientiã motus ꝓcuteret filium suũ cum baculo. ꝫ qz tam pena ꝑsentis vite q; pena purgatorij tandẽ finiet. z ipsis boni purgant. Ideo hec considerans ꝓpheta in ps. sic dicit Virga tua z baculus tuus ipsa me consolata sunt Sed miseri traditores in hac vita deum despicientes z nunq; de peccatis suis vere penitẽtes. in die iudicij cum virga ferrea nodis vndiq; plena acerrime flagellabunt. Vnde ps. Reges eos in virga ferrea. De hac em virga dicit ꝓpheta Isaias. Isa. xj. ca. Percutiet terram virga oris sui. hec virga oris dei est illa terribilissima sentẽtia cum qua percutiet impios i die iudicij qñ dicet illis illud Mathei. xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo z angelis eius. ℔ em virga habet sex nodos durissimos cum quibus ꝓcutiet dñs miseros peccatores tam grauiter ꝙ nũq; cõualescent. ¶ Primus nodus est a deo separatio. cum quo percutiet dñs eos cum dicet Discedite a me. ¶ Scõs nodus est dei maledictio. cum quo eos percutiet cũ dicet. maledicti. ¶ Tercius nodus est pena sensus cum quo percutiet eos cum dicet in ignem. Quartus nodus est pene eternitas. cum quo percutiet eos cum dicet eternũ. ¶ Quintus nodus est pene acceleratio cum quo percutiet eos cuz dicet. Qui paratus est. ¶ Sextus nodus est demonum horribilissima associatio. cum quo percutiet cum dicet. dyabolo z angelis eius. Et merito cum istis sex nodis huius virge percutiet dñs miseros peccatores damnandos. quia sicut dicit Sap. xj. Per que peccat homo ꝓ hec z torquet. ꝫ dñs in vita ꝑsenti multotiens vocauit impios ad penitentiam z noluerũt venire. dicẽte seipso Prouer. j. Vocaui vos z renuistis: ꝫ ꝑsentiam meã z doctrinam meã odio habuistis. ideo iam ꝓ eterno discedite a me. z qz ex inueterato odio bonos tanq; maledictos in opprobriũ z abhominationẽ habuistis. iõ iam discedite a me maledicti. z qz cum igne vindicabilis ire z carnalis cõcupiscẽtie in vita vra semp accẽsi fuistis. ideo iam discedite a me maledicti in ignem. Et qz indueati in peccatis vris nunq; voluistis ea dimittere. sed semp in eis continuare. ideo iam discedite a me maledicti in ignem eternũ. Et qz sine intermissione semp parati fuistis ad malũ faciendum. Ideo nunc discedite a me maledicti in ignẽ eternũ qui paratus est. Et qz semp dilexistis societatez malorũ z odistis societatẽ bonorũ. ideo iam malos socios habebitis. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ qui paratus est diabolo z angelis eius. ¶ Item ad ostendendum qualiter ille iustus iudex qui nunc clemẽs. misericors z ꝑstabilis est sup malicia impiorũ. in die iudicij erit rigidus z austerus ad reddendũ vindictam inimicis suis. est notandũ ꝙ xps signat ꝓ arcum celi. s. ꝓ yridem. de quo dicit Gen. ix. Arcũ meũ ponam in nubibus celi. In q; arcu tres colores apparent. scz color mixtus. color ceruleus. z color igneus. ꝓ quos quidẽ colores signat tripiex nostri creatoris z saluatoris aduentus. s. aduentus eius ad hominis creationẽ. aduẽtus eius ad hoĩs redemptionẽ z aduentus ad hoĩs iudicationẽ. ¶ In primo em eius aduẽtu. s. ad hominis creationẽ apparuit color mixtus de iusticia z misericordia. nam de iustitia penas primis parẽtibus inflixit. ꝫ de misericordia non finaliter eos cõmendauit. ꝫ ex sua misericordia eos redemit. Vnde Grego. Ad magnã in quit iusticiã iudicis ptinet vt nunq; careãt supplicio qui nunq; dum viuerẽt voluerunt carere peccato. Hec ille. ¶ In scõo eius aduentu. s. ad hoĩs redemptionẽ apparuit color ceruleus. vnde ceruleus idem est ꝙ fluuidus ad modum cere q; cito liquescit. z inde ceruleus in eadem significatione. z certe christus in sua incarnatione factus est ceruleus. id est passibilis. Vnde ps. in persona xpi. Factum est inquit cor meũ tanq; cera liquescens. In tercio vo aduẽtu eius apparebit color igneus. qa tunc iudicabit vivos z mortuos z seculũ ꝓ ignem ¶ Ab hoc em arcu triplex genus sagittarũ emittit scz sagitta doloris. sagitta amoris. z sagitta cõdemnationis. Primis em parentibus arcum tetendit z parauit sagittas suas qñ dixit ad adam z in hoc eriã vroi sue. Ex omni ligno paradisi comede. de ligno scientie boni z mali nõ comedas. In quacũq; die comederis ex eo morte morieris. Genes. j. Sed illi non ꝓfecte obedientes deo ad suggestionẽ dyaboli comederũt ex fructu ꝓhibito. z iõ dñs sagittauit in ipsos sagittas doloris. s. mortalitatis. infirmitatis. frigoris. famis z sitis. z hmõi miseriarũ quibus iam genus humanũ grauiter vulnerat. de quibus sagittis dicit ps. Sagitte tue infixe sũt mihi. Et homo istis sagittis doloris vulneratus. taliter a diabolo fuit vexatus z sibi subiugatus ꝙ per se sanari non potuit. Et ideo celestis medicus fili

Ds dei miſericordia motus deſcēdit in vterū virginis ⁊ ibi paranit ſcōm genus ſagittarum in pharetra ſua. ſ. ſagittas amoris. quas ad g en° humanū poſtea ſagittauit. de quibus ſagittis loquit̄ Pſ. dicens. Sagitte potentis acute cum carbonibus deſolatoriis. Sup quo glo. Sagitte inquit acute ſūt verba omnipotentis dei quibus penetrauit cor humanuz. Vnde apl's Hebre. iij. Vinus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. ⁊ ptingens vſq; ad diuiſionē anime. Carbones deſolatorij. i. vaſtatorij dicunt exempla charitatis q̄ vaſtando ad deſolationē ducunt carnales ⁊ voluptuoſas affectiones ⁊ deuaſtant motus rancoris ⁊ malicie. vnde Roma. xij. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum. ſi ſitit potum da illi. hoc aūt faciens carbones ignis. id eſt exempla charitatis cōgeres ſup caput eius. Iſtas ſagittas emiſit xp̄s p ſuā fidelem p̄dicationem ⁊ doctrinā. ⁊ illas ſagittas copulauit cum carbonibus. i. exemplis vehemētiſſimi amoris. Vnde iſte b̄ndictus architenens Ieſus xp̄s ꝓter vehemētiſſimū amorē quem habuit ad hoiem aſcēdit in montē caluarie. ⁊ deinde ſup arborē crucis vt p vniuerſum muodum ſagittaret ſagittas ſui amoris. ⁊ ibi tetendit arcum ſuū ita alte q̄ cordula compoſita ex ſuis p̄ciosis nernis ⁊ venis fere totaliter rumpebat. tibi tandem emiſit ſagittam excellentiſſimi amoris. q̄ vt dicit Iob. xv Maiorem hac dilectionē nemo habet q̄ vt aiam ſuam ponat quis p amicis ſuis. Hec eſt ſagitta ō quā dicit. ij. Regū. j. Sagitta ionathe nunq̄ abijt retrorſum. Cum hac ſagitta deus dyabolum letaliter vulnerauit ⁊ genus humanū ab eius ſeruitute redemit. Sed heu p iſtis ſagittis amoris q̄s xp̄s ſagittauit ad nos. iam multi falſi xp̄iani reddētes malū p bono quotidie ſagittant ⁊ vulnerant xp̄m in ſuis membris. ſagittis ire. detractionis. ſcandali ⁊ inuidie. de quibus dicit p̄s. Tetenderunt arcū ſuū ⁊ parauerūt ſagittas ſuas in pharetra vt ſagittant in obſcuro rectos corde. ⁊ nedum taliter ſagittant ⁊ vulnerant xp̄m in ſuis mēbris. ⁊ etiam ſagittis horribilū iuramentorū xp̄m in ſua ꝓpria p̄ſona quantū in eis eſt dolorose quotidie vulnerant. De quo ipſemet cōquerit. Treñ. j. dicens. Tetēderunt arcū ſuum ⁊ poſuerunt me quaſi ſignū ad ſagittam. ¶ Terciū genus ſagittaruz de p̄dicto arcu emiſſarū erunt ſagitte p̄mendationis que emittēt ſpecialiter in die iudicij. Vnde tūc arcus iſte tres ſagittas iaciet ad impios peccatores tunc damnādos. Quarū prima erit ſagitta vocationis ad iudicium. ſcōa diſceptatōis ſiue computatōis. ⁊ tercia diffinitionis. De iſtis tribus ſagittis poteſt intelligi illud. j. Regū. xx. Ego tres ſagittas mittam iuxta eum. i. iuxta numerū damnatorū. cum iſtis em̄ tribus ſagittis percutiet dñs incurabiliter miſeros damnandos. Vnde Deut. xxxij. Congregabo ſuper eos mala ⁊ ſagittas meas complebo in eis. Et ſequit. Inebriabo ſagittas meas ſanguine. ¶ Primaz em̄ ſagittam iaciet eis dñs q̄ dicet. Surgite mortui ⁊ venite ad iudiciū. De iſta em̄ ſagitta cuz ceteris dicit dñs p p̄s. Sagitte tue tranſierūt vox tonitrui tui in rota. ſ. i rota totius orb. Vñ Iob. v. Oēs qui in monumentis iacent audient vocē filij dei ⁊ ꝓcedent qui bona egerunt in reſurrectionez vite. qui vo mala in reſurrectionē iudicij. O q̄ terribilis erit vox iſta his qui victoſe hic vixerūt ⁊ vitam ſuam nō emendauerunt. tunc em̄ veniēs anima peccatrix ad ſuū corpus rōnabiliter dicere poterit. Surge caro maledicta ammodo dyaboli ſocia ⁊ omnipotentis dei inimica nunc ludus tuus vertit in lamentū. delectatio tua cōuertet̄ in amaritudinez riſus in fletum. ⁊ iam tua momentanea letricia temporalis ꝓterijt. ⁊ dolor ꝓpetuus ſupuenit ve tibi miſera caro. q̄ ꝓ tuis voluptatibus ⁊ delicijs exquo a te eram exuta ardebā miſerrime in inferno. q̄ maledicta ſit hora in qua tibi fui p̄mitus copulata. ⁊ q̄ iam de te deſerere nō poſſuz ⁊ tuū maledictū contubernīū nequio declinare velim nolim iam cogor tibi iterato copulari. Surge igit̄ maledicta caro ⁊ tranſeamus ad iudicium nre damnationis eterne a iuſto iudice recipiendū. ſed tunc poterit miſerrima caro nō immerito ſibi rēdere. O maledicta anima tam te cogora deo omniporente reaſſumere. q̄ maledicta ſit hora in qua eram tibi p̄mitus aſſociata. q̄ cum iam video q̄ p voluptatibus meis eternaliter in inferno ardebo. q̄ o maledicta anima ſi tu meis delectatōibus non cōſenſiſſes ego deum peccēdo minime offendiſſem. nam tu fuiſti mea gubernatrix ⁊ dña ⁊ ſine tuo conſenſu nihil boni vel mali agere potui. ⁊ q̄ tuis voluptuoſa peccata p tuum cōſenſum cōmiſi. fuerunt mihi delectabilia que de vilidiſſimo limo terre eram plaſmata tibi rū que ad imaginē ⁊ ſimilitudinē glorioſſime trinitatis fuiſti creata ⁊ ratione imbuta erāt omnino ꝓter naturalia. Et ſō maledicta anima ſi nō fuiſſet tua fatuitas ego nunq̄ fuiſſem cruciata ſicut iam cruciabor eternaliter in infernali tormēto. Sed heu maledicta anima a ex quo iam te deſerere nō potero. veni ⁊ tranſeamus ad noſtre damnationis iudiciū recipiendū. q̄ ecce iam audio vocem dñi clamantis ⁊ dicētis. Surgite mortui ⁊ venite ad iudictū. hanc vocem valde timuit ille ſanctus doctor Hiero. qui dixit ſuper Marb. Quotiens diem illum cōſidero toto corpore contremiſco. nam ſiue bibo. ſiue aliquid aliud facio. ſemp videt mihi in auribus meis ſonare illa tuba terribilis. Surgite mortui venite ad iudicium. ſed heu exquo tamſanctus doctor tantū timuit diem illum. Quid tunc facient voluptuoſi peccatores quaſi omni genere viciorum inuoluti certe ꝓut dicit Apoc. ix. c. Querent mortē ſed nō inuenīet. deſiderabunt mori ⁊ fugiet mors ab eis. Et nimirū. q̄ tunc videbunt illū regem regū quē cōtinue irritauerūt eis iratum cum arcu terribilis iudicij tenſo ⁊ ſagitta vindicte in eo poſita cum qua incurabiliter eos ꝓcutiet in corde. vnde tūc verificat illud Marb. ix. ca. Egreſſa eſt ſagitta p corda eorum. ¶ Scōa ſagitta quā ſagitter in die iudicij ad impios tunc damnandos. erit ſagitta diſceptationis. i. computationis. de qua Joelis. iij. ca. Congregabo omnes gentes ⁊ deducā eas in vallē ioſaphat ⁊ deceptrabo cum eis. de qua em̄ ſagitta loquit̄ ſcriptura Deut. xxxij. c. Congregabo ſuper eos mala ⁊ ſagittas meas complebo in eis. Item in p̄s. Emitte ſagittas tuas ⁊ cōturbabis eos. Iſtā

sagittā sagittet dñs impijs qñ dicet illis illud Mathei.xxv. Esurivi enī ⁊ non dedistis mihi manducare. sitivi enī ⁊ non dedistis mihi bibere. hospes eram ⁊ nō collegistis me. nudus eram ⁊ nō coperuistis me. infirmus fui ⁊ in carcere ⁊ nō visitastis me. Tunc respondebūt ei⁊ ipsi dicētes. Dñe qñ te vidimus esurientem ac sitientem. aut hospitē. aut nudum. aut infirmū. vel in carcere. ⁊ nō ministravimus tibi. Tunc respondebit illis dicēs. Amen dico vobis q̄diu nō fecistis vni de minoribus meis nec mihi fecistis. ¶ Tercia sagitta quaz sagittet dñs impijs in die iudicij erit sagitta diffinitionis sive dissipationis de qua loquit scriptura. ij. Reg. xxij. Misit sagittas suas ⁊ dissipabit eos. hanc sagittaz sagittet dñs impijs in die iudicij qñ dicet illis illud terribile vbū Math. xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. Et hec pauca remedia contra supbiaz vanam gloriam ⁊ omnē mentis ⁊ corpis elationē vna cū gratia dei extirpandā.

Explicit pars sexta.

Incipit pars septima.

Capitulum I

Invidia est odiū alicuius excellētie. sive amor depressionis felicitatis alicne. Vel aliter. Invidia est tristicia vnius de bono alterius. qz ille istum excedit in bono. Aū Augustinus in libro suo de diffinitionibus. Invidia inquit est egritudo animi ex felicitate alterius ꝓueniēs naturaliter invidenti nocēs. qñ invidus alienū bonum suū facit invidendo suppliciū. Secundū Damascenū vo libro. ij. Invidia ē tristicia de alienis bonis ⁊ leticia de malis alienis. ¶ Pro quo notanduz q̄ ſm sanctū Thomā scōa scōe. q. xxxvj. quatuor modis cōtingit aliquem tristari ō bono alterius. ¶ Primo modo tristat aliquis de bono alterius. hoc est de exaltatione alicuius veritatis inimici. timens ne ex hoc sibi vel ecclesie dei periculū vel nocumentū euenire contingit. ⁊ talis tristicia nō est invidia. qz nō ꝓcedit ex livoris malicia. ⁊ pōt esse sine peccato. ¶ Scōo modo pōt ꝙs tristari de bono alterius non ex eo q̄ ipse habet bonum. sed ex hoc q̄ sibi deest bonum illud quod ipse habet. Et hoc ꝓprie dicit zelus vt dicit Aristo. ij. rethoz. Et si ille zelus sit circa honesta laudabilis est ſm illud apli. j. Thoz. xiij. Sectamini charitatem emulamini spūalia. ꝛ si vo sit de bonis tēporalibus potest esse cum peccato ꝓpter inordinatū affectum ad temporalia. ¶ Tercio modo tristatur quis de bono alterius inquantū ille cui accidit est illo bono indignus. que quidē tristicia non potest oriri ex bonis honestis ex quibus aliquis iustus efficit. Sed sicut dicit Arist. ij. rhetorice est de diuitijs ⁊ talibus que possunt prouenire dignis ⁊ indignis ⁊ quasi nihil sunt in comparatiōe ad bona celestia que tantū reseruant electis ⁊ talis tristicia ꝓhibet in ps. cum dicit. Noli emulari in malignantibus. nec zelaueris facientes iniquitatē Quarto modo tristat quis de bono alterius qz est diminutiuū sue excellētie. que minus apparet in ꝓsentia maioris. sicut lumen stelle nō apparet ꝓsentia solis. sic excellentia aūt alicuius minus apparet i ꝓsentia sibi similis. sed maxime apparet gloria vt excellentia cuiuscūq̄ qñ est singularis. Et talis tristicia ꝓprie est invidia. ⁊ cum invidia vt ex ꝓcedentibus patet sit tristicia manifestū est q̄ opponitur gaudio qđ est effectus virtutis charitatis. Et ideo q̄ invidiam transgredit quis ꝓceptum de dilectione ꝓximi. ⁊ ꝓhibet ꝓ hoc mandatum. Non occides. ꝙ qđ ꝓhibet omne nocumentum quod dicto facto. vel cogitatu infertur ꝓximo in ꝓsona. Tristari aūt de bono ꝓximi est appetere malum ꝓximi. ⁊ nocumentū sibi inferre. ¶ Ad destructionez istius peccati invidie dī in textu Apocalipsis vbi ꝓxius. q̄ sextus angelus effudit phialam suam in illud flumen magnū Eufraten. id est ꝓdicatores verbi dei sexto loco ꝓdicaut contra invidie peccatū. Vnde Hozra sup eodē. Eufraten inquit interꝓtatur frugifer. ⁊ ē filius babilonis. In hoc enī q̄ frugifer dī signari potest magnus fructus bonorum operū. ⁊ abundantia gratie quā xp̄iani haberent. Sed ſm hoc tñ q̄ dī fluuius babilonis que confusio interꝓtat signat falsos xp̄ianos ⁊ ꝑcipue invidos qui confusionē sustinebūt eternam. qz nō habent gratiam quā habere vident. Et bene dici pōt ꝑ flumen magnū. qz tā maioz videt esse invidia inter invidos xp̄ianos q̄ quondā inter demones. sicut ostensum est supza in. iiij. specie supbie vbi agitur de infidelitate que nascit ex quarta filia inanis gloie. ⁊ in illo vbi agit de nono fidei articulo. In hoc enī flumine ꝓdicator philaam infundit qñ cōtra invidos xp̄ianos scribit. laborat vel fideliter ꝓdicat. Ad destructionez igit huius peccati invidie sicut actū est contra quinq̄ peccata ꝓcedentia tria sunt notabilia hic specialiter effundēda.

Capitulum II

Primum enim notabile contra pecm̄ invidie effundendum erit eius detestationē multipliciter ostēsiuū. ¶ Pro quo notandū q̄ inter cetera specialiter decem ostendūt hoc peccatū esse maxime detestādū. Quorū primū est q̄ invidia cunctas virtutes destruit. Vnde Chrisō. ⁊ ponit in floza. Hartho. titulo de invidia. Invidia inquit cunctas virtutes cōcremat. ⁊ ꝑ invidie vicīū ante dei oculos pereūt etiam fortiora acta virtutū. sed vtinam invidi ꝓpē derent quante sunt cecitatis qui alieno ꝓfectu deficiunt. ⁊ aliena leticia cōtabescunt qui ⁊ meliozatione xp̄i deteriores fiunt. Vnde Jsiō. in de summo bono. li. iij. c. xxv. Livor inquit alteni boni suum punit autorem. Nam vnde bonus proficit inde invidus contabescit homines praue viuentes. sicut de bonorum lapsibus gratulant. ita de eorum recte facto bonisq̄ pseuerantia confundunt. Invidus membrum est dyaboli cuius invidia mors intrauit in orbem terrarū. sicut ⁊ supbus membrum est dyaboli. de quo scriptū est. Omne sublime videt. ⁊ ipse est rex sup omnes filios supbie. nulla est virtus que non habet cōtrariū invidie malum. sola miseria caret invidia. qa nemo invidet misero

cui rectera liuor non obijcit.sed sola misericordia multi ꝛ bonos imitari volunt.ꝛ de bonorū ꝓfectibus inuidie liuore tabescūt.quo fit vt nec illi a malo suo corrigunt.ꝫ ꝙ inuidiam deteriorent. vt bonos a recto studio quantū in ipsis ē ſi poterint deprauare conent.qñ malos boni ꝓficere vident nō scandalizent.ꝫ quem finem sint habituri maxime cogitēt.quere finem huius originalis in fine septimi ca.huius septime partis. Hec ille. Scōo detestanda est inuidia.qz destructiua est bone voluntatis.que deo magis placet ꝙ munera sibi oblata Vnde Grēg.omel.v.sup illud Luce.ij.Gloria in altissimis deo ꝛ in terra pax hominibus bone voluntatis. Ante inquit dei oculos nunq̄ vacua est manus a munere.si fuerit archa cordis repleta bona voluntate. Hinc eteni pſ. dicit. In me sunt deus vota tua que reddam laudationes tibi.ac si aperte dicat.Si exterius munera offerenda nō habeo. intra memetipm tñ inuenio qđ i ara tue laudis impono.qz qui nostra datiōe nō pascer is oblatōe cordis melius placaris.nihil quippe offert deo diti⁹ bona voluntate. Voluntas aūt bona est sic aduersa alteri⁹ sicut nra ptimescere sicq̄ de ꝓsperitate ꝓximi sicut ꝺ nro ꝓfectu gratulari aliena dāna nra credere alienaq̄ lucra nra credere.amicū nō ꝓpter mūdū ꝫ ꝓpter deū diligē.ꝛ inimicū amādo tolerare.nulli qđ pati nō vis facē.nulli qđ tibi iuste impendi desideras denegare.necessitati ꝓximi nō solum iuxta vires cōcurrere sed ꝓdesse etiam vltra vires velle.Quid igit isto holocausto locupletius qñ per hoc ꝙ deo immolat in ara cordis anima semetipsaz.id est suam sensualitatē mactat.ꝫ hoc bone voluntatis sacrificiū nūq̄ plene soluit nisi mūdi huius cupiditas ꝓfecte deserat. nam quicquid in eo cōcupiscimus hoc ꝓculdubio ꝓximis inuidemus.videt em qz nobis desit qđ alteri assequit. ꝛ qz semp inuidia a bona volūtate discordat mox vt hec mentem ceperit illa discedit.vñ ꝓdicatores sancti vt possint ꝓximos diligere studuerunt in ꝫ seculo nihil amare.nihil vnq̄ appetere nil vel sine appetitu possidere.quos bene Ysaias intuēs ait. Qui sunt isti qui vt nubes volant.ꝛ quasi columbe ad fenestras suas.videt quippe eos terrena despicere ꝛ mente celestibus appropinquare.verbis virtuosis pluere.miraculis choruscare. et quos a terrenis contagijs sancta ꝓdicatio ꝛ sublimis vita suspendant hos volātes pariter ꝛ nubes appellat. Fenestre em nostre sunt oculi.qz per ipsos anima respicit quod exterius concupiscit. columba vero simplex est animal atq̄ a malicia fellis alienū.qđ si columbe igit ad fenestras suas sunt. qz nihil in ꝫ mundo concupiscūt qui omnia simpliciter aspiciunt.ꝛ in his que vident rapacitatis studio nō trahunt.sed econtra miuus ꝛ non columba ad fenestras suas est qui ad ea que oculus cōsiderat rapino desiderio anhelat.Hec Grego. Tercio detestanda est inuidia.qz ꝙ inuidiam serpēs antiquus oia membra mundi inficit ꝛ ꝙrurbat. Vnde Grego.xxij.moral.Sciendum inquit est ꝙ cum ꝙ omne vicium antiqui hostis virus cordi humano infundit in zelo inuidie tota viscera sua serpens concutit.vnde nihil relinquit in homine quietū.nam vbi ꝙ alia vicia certum locum sibi vendicat dyabolus in homine.ꝙ inuidiam ꝺo totum hominē occupat.hinc em eleuat frons.rugat caput. vultus pallescit.pectus arescit.labia tremunt ꝛ dentes fremunt.lingua verba rapida ad loquendum est assueta.manus ad violentiam sunt parate animave ro charitate vacua. Quarto detestāda est inuidia.qz sicut dicit Holkot in lectura libri Sapientie.lectiōe.xxix.Inuidia est toxicum charitatis ostium iniquitatis.ꝛ putredo sanitatis. Vnde ꝫ tū ad ꝓmū. Nisi em esset inuidia quilibet bō gauderet de bono alteri⁹.ꝛ de alteri⁹ malo doleret.qz hoc est ꝓximum charitatis. Vnde Aug⁹.sup Job. Tolle inquit inuidiam ꝛ tuum est qđ habeo.tolle inquit inuidiam ꝛ meū est qđ habes. Item Glo. sup illud Ysaie.xlv.Ego dñs formās tenebras.qđ inquit est vita serpentis mors est hominis.s.venenum.ꝛ econtra humor aqueus.i.saliua est vita hominis ꝛ mors serpentis. Isto modo est ꝙ vita virtuosi hominis ꝛ boni est mors inuido.ꝛ qđ est bono viro ꝛ virtuoso mors vita videt inuido. Secundo inuidia est ostium iniquitatis.ꝙ hanc enim mors intrauit in mundū.dicente spūsancto Sap. ij. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbē terrarū. ꝙ hanc em occisus est abel a cayn.Jacob tribulatus ē ab esau.Joseph vēdit⁹ est a fratrib⁹ suis.David a saule ꝑsecutus est.ꝛ xps a iudeis occisus est. Vnde Math.xxvij.Pylatus sciebat ꝙ ꝓpter inuidiam tradidissent eum. Tercio inuidia est putredo sanitatis.Vnde Prouerb.xiiij.Putredo ossium inuidia.hoc tamen vicium.scz inuidia est iustissimū.qz est suum auctorem repcussiuū. Vnde iustius inuidia nihil.qz ꝓximus ipm auctorem vel punit vel cruciat. Vnde Basilius. Sicut inquit rubigo ferrum sic inuidia animā de qua nascit corrumpit. Hec Holkot. Quarto detestāda est inuidia.qz omni bono hominem spoliat ꝛ malo eum implet.primū patet ex hoc ꝙ inuidus odit et impugnat omne bonū. Alia nanq̄ vicia opponunt vni virtuti vt ſupbia humilitati.luxuria castitati. auaricia largitati.et sic de alijs.inuidia ꝺo opponit omni bono.qz vt dictum est inuidus odit omne bonū ꝛ impugnat.ꝛ ideo inuidia non tm dī mala sed etiam pessima. Vnde hec est fera pessima q̄ deuorauit Ioseph.Gen.xxxvij.Et ꝫ tum ad scōm scilicet ꝙ inuidia implet hominez omni malo patet ex hoc ꝙ inuidus omni malo plenus est vsq̄ ad oculum. cuius signuz est ꝙ malicia inuidi per oculum exit. Vnde dicitur Eccl.xiiij. Nequam ē oculus inuidi. Item Math.xx.An oculus tuus nequam est. qz ego bonus sum. Vnde ꝙ oculum intentio sine iudiciū rōnis intelligit.ꝛ qz inuidus omnia bona opera illorum quibus inuidet iudicat esse mala.vel mala intentione facta.ideo dicit oculus inuidi nequā. Et causa huius ꝓnitiosi inuidi iudicij ꝙ exemplum ostendit supra.pte.vj.ca. xxxvj.vbi agit de infidelitate que nascit ex quarta filia inanis glorie.ꝛ in illo vbi agit de septimo articulo fidei. Item ibidem ostenditur qualiter inuidus suo iniquo iudicio peruertit ordinatam a deo actionem. Quinto detestanda est inuidia ꝓpter multa mala que ex ea pullulant.ꝛ ꝙ que inuidus

sibi finaliter vltionē acquirit. Primū est q̄ de angelo dyabolū fecit. ad hoc exemplū habemus de lucifero qui summo deo inuidebat. z ꝓpter hoc in infernū cecidit. z de lucidissimo angelo celi. horribilior dyabolus inferni factus est. vt patet Ysaie xiij. ca. ¶ Scōm malum inuidie est q̄ claudit homini viam salutis q̄ misericordiam dei a se excludit que est via ad salutem. iuxta illud p̄s. Vniuerse vie dñi misericordia z veritas. z q̄ misericordiaz dei ab inuidis excludit. patet ex hoc q̄ inuidia est blasphemia z peccatū in spūmsanctū. Nam inuidia gratiam que a spūsancto dat seruis dei odit z impugnat. z si manifestū est q̄ inuidia est peccatum in spūmsanctum. z cum peccatū in spūmsanctum sit blasphemia z tamgraue peccarū q̄ q̄ misericordiam dei que est via ad salutem vt dicit Matth. xij. Non remittit in hoc seculo neq̄ in futuro. hoc ē vix remittit. constat q̄ inuidia inuidis aditū claudit salutis. de peccato in spūmsanctū et eius speciebus quarū inuidia est vna dictum est supra parte sexta. c. xiiij. ¶ Tercium malum inuidie est q̄ facit hominē penitus immisericordem. q̄ nō parcit patri. fratri. amico nec innocēti. q̄ em̄ inuidia nō parcit patri exemplū habemus de absalon qui voluit interficere patrem suū dauid ꝓpter inuidiam vt eius posset regnū. z ꝓpter hoc inter celū z terā suspensus est in arbore p̄ capillos sui capitis. z interfectus a ioab tribus lanceis. vt patet. ij. Regū. xviij. Et q̄ inuidia fratri nō parcit exēplū hēm⁹ de cayn q̄ fratri suo abel non pepcit. sed p̄ inuidiā motus eo q̄ vidit munera fratris sui abel deo esse acceptabilia z sua despici eum occidit. z ideo in maledictionē dei incidit. z in damnationē eternaz. vt patet Gen. iij. Item esau ꝓpter inuidiā in sui fratris psecutionē exarsit. Vnde q̄ primogenitorū benedictione pdita. quam ꝓpter esum lenticule ipse vendiderat minorem se eo quez nascendo p̄cibat ex liuore voluit z ingemuit. vt patz Gen. xxvij. Item filij Iacob Joseph fratri suo nō pepcerunt. ꝯ ꝓpter inuidiam voluerunt eum occidisse quem tm̄ ad cōsilium vnius minoris malicie q̄ alij ysmahelitis xx. denarijs vendiderunt. vt ptz Gen. xxxvij. Item rachel sterilis sue sorori fecunde inuidebat. vt ptz Gen. xxx. Ex quo ad tercium q̄ inuidia amico nō parcit exemplum habemus de Saule qui nō pepcit dauid amico suo charissimo quin sibi inuidebat. eo q̄ mulieres choros ducentes in occursum saul venientis de p̄lio cantabant dicētes. Saul pcussit mille. z dauid decem milia. ob quam causaz inuidebat z voluit eū interficere vt patet. j. Regū xviij. Et quantū ad quartū q̄ inuidia innocēti nō parcit. exempluz habemus Gen. iij. de diabolo. q̄ videns nostros primos parentes in statu innocētie z felicitatis z ad illū locuz posse ascendere celestis gaudij de quo ipse p̄ superbiam cecidit. ideo ex inuidia eos temptauit z superauit. z eorum mortē mendacio procurauit. z mortis infirmitate totū genus humanū infecit. vnde Sap. ij. Inuidia diaboli mors intrabit in orbem terrarū. Item discipuli Johannis baptiste inuidebant xpō innocenti. q̄ plures baptismū suum receperunt vt patet Joh. iij. Item iudei non pepcerunt xpō innocēti. sed ꝓpter inuidiā eū morti tradiderūt. Vnde Matth. xxvij. Pylatus sciebat q̄ ꝓpter inuidiam tradiderunt eum. ¶ Quartū malū inuidie est q̄ suū possessorē cruciat z cōsumit. Est em̄ inuidia sicut vermis in ligno. sicut rubigo in ferro. z sicut tinea in vestimento. Nam sicut ista rodit substantiam in qua nascunt. sic inuidia rodit z cōsumit inuidum in cuius corde locat. Unde metricus. Nil aliud ni si se valet ardēs ethna cremare. Sic se nō alios inuidus igne coquit. Qñ em̄ diabolus capit hoiem vicijs ipse aliquā delectationē ponit tanq̄ escam. sed inuidos miserabilius capit. q̄ sine esca alicui⁹ delectationis cum esca doloris z cruciatus quotidiani trahit illos ad dolorem z cruciatū eternum. ¶ Sexto detestanda est inuidia. q̄ vicium istud ē infelicissimuz. Infelicitas em̄ inuidi patet ex hoc q̄ inuidus excecat ex illo ō quo deberet illumināri. Unde de inuidia dicit Job. vj. Per diem incurrunt. z quasi in nocte palpabunt in meridie. Sup quo quo dicit Grego. q̄ mens inuidi tantū de alieno bono affligit quātū oculus de solis radio obscurat. Ipsi em̄ sunt velut noctue lucē bonorū operum odientes. z tenebras malorū operū amantes. bona em̄ opera ꝓximi sunt velut lux candele lucē boni exempli aliis administrantes. vnde Matth. v. Sic luceat lux vra coram hominibus vt videāt opa vestra bona. z glorificent patrē vrm̄ qui in celis est. Sed inuidi similes sunt hely qui non poterat lucernaz dei videre donec extingueret. vt dicit j. Regū. iij. ¶ Septimo detestanda est inuidia q̄ vitium istud est infirmitas z corruptio magna. vnde adeo corruptus est z infirmatus inuidus vt sibi redolescētia videnť fetida. z fetida videnť ei redolescētia. z amara sunt ei dulcia. z dulcia amara. Et ideo talibus dñs noster maledictionē p̄phetā imprecat Isa. v. dicens. Ve qui dicunt bonū malum z malū bonū. ponētes tenebras lucez lucē tenebras. ponētes amarū in dulce z dulce in amarū ¶ Octauo detestāda est inuidia ꝓpter multas q̄s habet similitudines odiosas. ¶ Primo inuidia est sicut draco qui insidiat elephantis partui vt ipsuz pungat. mordeat vel comedat. sic inuidus bono xpiano insidiat iudicio p̄aue suspitionis. z postea mordet vel pungit aculeo psecutionis z inficit veneno detractionis. Unde de inuidis dicit sanctus Job. Frater fui draconū. vt patet Job. iij. ¶ Secundo inuidus similis est leproso Jude p̄itori. z dyabolo inferni. Nā sicut leprosus vellet q̄ nullus esset mundus. sic inuidus vellet q̄ nullus eēt bonus. z sicut iudas contristatus fuit de effusione vnguenti super xp̄m. sic inuidus dolet de bona fama sui fratris z de odore virtutis. Et sicut diabolus vellet q̄ oēs essent mali. sic inuidus vellet q̄ omnes essent impij. ¶ Tercio inuidus sitis est oculo menstruato. Nam sicut mēstruatus oculus inficit speculū qñ speculat i illo. sic inuidus inficit p̄ximū. nam qñ vite illius respicit claritatez laborat peruersationem illius aliqua infamia maculare. vñ Eccī. xj. c. Bona in mala conuertit insidiator. z in electis ponit maculā. ¶ Quarto inuidus sitis est noctue. naz sicut noctua de nocte videt z de die excecat. sic inuidus mala ꝓximi videt libē. et. ꝯ de lu

ce splendide eius quersationis excecat. sicut hely qui non potuit videre lucernam dei antequ extingueret. vt dicit. j. Regū. iij. ¶ Quinto inuidus assimilat igni greco. quia sicut ignis grecus in aqua fortius inardescit. sic inuidia in aqua gratiarū magis feruescit in qua magis deberet extingui. Unde Sap. xvj. In aqua que omnia extinguit plus ignis valebat. ¶ Sexto inuidus similis est feribus vipere. quia sicut fetus vipere in tempore partus ventrem matris pforant z corrodūt. sic fm beatus Grego. Inuidi qui sunt viperine generatiōis matrem suam ecclesiā de qua nasci deberent in vitaz eternam. corrodunt detractionibus z pforant maliciose iniurijs. quos sic alloquit Johannes baptista in euangelio Math. iij. Progenies viperarum quis demōstrabit vob fugere a ventura ira. ¶ Septimo inuidus similis est aque currenti. nauinauiganti z candele serpentine ardenti. nam sicut in aqua currente virga recta apparet tortuosa. sic inuidus ad modum aque recta facit apparere tortuosa z sicut in naui nauigantibus videt q stabiles montes velociter currunt. sic cum inuidi in mari huius mundi velociter ad infernum nauigant. videt eis q montes. id est viri sancti z stabiles ad dānationem currunt eternam. z sicuti ad lucem candele serpentine omnes palee vident esse serpentes Fit autem candela serpentina vt dicūt naturales de cera temperata in aqua in qua serpēs coitus fuerat. z post cum candela facta de tali cera ardet videt hominibus q omnes palee z omnes alie candele que ibi ardent sint serpētes. sic inuidus ad lucem sue serpentine candele. id est sui tortuosi serpentini iudicij bonos z innocentes esse iudicat serpentinos. Unde dicit in ps. Furor illius fm similitudinem serpentis. Item Math. xxiij. Serpentes genimina viperarū quō fugietis a iudicio gehenne. ¶ Octauo inuidus assimilat cayn. Nam sicut cayn postq occidisset fratrem suum p inuidiā z maledictus esset a deo. dixit. Quicunq inuenerit me occidet me. Gen. iiij. Sic inuidus interficit quasi omnis homo quem ipse cōspicit. naz aut videt bonum z tunc dolet. aut videt malum z tūc gaudet. sic in omni homine quē videt z cui inuidet peccat vt morit p peccatum. Un de talibus inuidis Isi. li. soliloquiorū. c. ij. sic scribit. Quicūq inquit me aspiciunt. aut fugiūt aut fortasse me psequunt. intuent me quasi infelicem. nescio causam loquunt mihi dolo verbis pacificis occultaz maliciam blandis sermonibus omāt. aliud ore promunt z aliud corde volutant. opere destruunt qō sermone promittunt sub pietatis habitu animo venenato incedūt. velant malicia fuco bonitatis calliditatem simplicitate occultant. ostendunt vultu qō corde nō gestant. amicitiam dolo simulant cui credas. cui fidem adhibeas. quē fidei primū sentias. nullus habere fidem nouit vbi iam fides periit. fides ablata ē. fides nusq tuta est. Hec Isi. ¶ Nono inuidus silis est stelle minori que stellam maiorem eclypsat. sicut patet de luna q eclypsat solem. z tñ in se maculata est et lumen nō habet nisi a sole. sic inuidus homo qui est maculatus peccato nihil luminis vtutis z gratie habet a seipso. Sz lumen boni exempli capit a primo suo splendente sapientia z virtute. Dicēte poeta. Phebo phebe lumen capit a sapiente. Insipiens sensum quo quasi luce micat. Talis em inuidus hoiem se maiorem virtute z gratia eclypsat claritatē sui nominis p infamiam obfuscando. ¶ Decimo inuidus canibus comparat. qz sicut inter omnia animalia canes specialiter in malis semp letant. z malū inchoatū libenter insequunt. unde z quasi contra naturaz aliorū animaliū si vnus canis inter multos psternat omnes alij irruūt in eum ad ipsum strangulandum. qō nō inuenit de aliquibus animalibus nisi solum de canibus. qz vt dī Eccli. xiij. Omne animal diligit sibi simile. Cōsimiliter inuidi in malis primi querunt cōsolationē. z si quisq malum inceptum fuerit mendacio z detractione illud festinant augmentare. z sic semp eorū studium ē ad confusionem primorū. Et ideo dicit Math. vij. ca. Nolite sanctū dare canibus. quasi diceret. nolite quemq iustū subijcere inuidis. qz ipsi nunq satiant donec videant extremū mortis supplicium. ¶ Un decimo detestanda est inuidia qz inuidus pditor est deo. inimicus sibijpsi. primo iniuriosus z dyabolo specialiter amicus. declarationē istorū vide supra pte. vj. c. xxix. vbi agit de infidelitate. q nascit ex quarta filia inanis gloie. z in illo vbi agitur de nono fidei articulo in fine. Dictis ibidē adijciendo q inuidia signum est speciale quo dyabolus suos cognoscit discipulos. Un sicut dicit xps suis discipulis Joh. xiij. ca. In hoc cognoscēt omnes q discipuli mei estis si dilectionez habueritis ad inuicem. sic dyabolus suis dicit discipulis. In hoc cognoscent omnes. quia discipuli mei estis si adinuicem habueritis inuidiam. Et hec pdicta de cem in isto primo notabili peccati inuidie tam exlliter declarata manifeste ostēdūt q inter oia pcā quasi maxime detestāda est inuidia.

Capitulum III

Equit secundū notabile peccati inuidie. in quo eiusdem peccati species sunt tagende. ¶ Pro quo notandum q fm beatum Grego. xxij. mor. quinq sūt species inuidie. scilicet detractio. susurratio in primi aduersis exultatio. afflictio in proximi psperis. z odium cordis. quarum specierum ratio z ordo possunt sic accipi. Mitit em inuidus minuere gloria primi. z si hoc fiat in publico dicit detractio que est prima species inuidie. si vo hoc fiat in occulto dicit susurratio. que est scda inuidie species. q si potest inuidus minuere gloriam proximi exultat de facto in quo minuit. z est tercia inuidie species. scilicz in primi aduersis exultatio. Si vo nō potest minuere gloriam proximi. in animo vehementer affligitur in quo innititur quarta inuidie species. scz afflictio in primi psperis. ex quibus finaliter sequit odium cordis quod ē quinta species inuidie. qz bonum delectans causat amorem. ita tristicia cōturbans causat odium. de q dī prima Johannis. iij. Qui odit fratrem suum homicida est.

Capitulum IIII

Prima igitur species

¶ Quidie ē detractio. Et sicut dicit Hugo de san. vic. Detractio ē locutio ex inuidia p̄cedens bona alioꝝ denigrās. ¶ ℞. vyklf. ỳo in li bello suo de descriptiōe t origine vitiorum dicit q̄ detractio est denigratio alienę fame p occulta ỳba respectu illi⁹ ad quē. vl ad q̄s loquit̄. t sic differt detractio a p̄tumelia in ꝑ q̄ cōtumeliosus in facie p̄tra hominē loquit̄ vñ p̄nipēdere eū videt. t p cō sequēs dehonorare. t iō p̄tumelia affert detrimē tū honoris ei in quē p̄fert̄ ꝯ detractor absente eo ó q̄ loquit̄ p̄fert mala siue cozā multis siue cozā paucis. p̄terea ỳba detractoris sūt occulta respectu illius de q̄ loquit̄. vñ Eccle. x. Si mordeat serpens in silētio nihil min⁹ eo hz q̄ occulte detrahit. ỳba tamē sua frequēter sunt publica respectu illius vl illoꝝ ad quē vel ad q̄s loquit̄. Et in ꝑ differt a susurratione q̄ susurrus de illo quez detrahit secrete loquit̄ in aures illoꝝ ad q̄s illū detrahit. vñ quātū in ipso ē eos q̄ audiūt facit habere malā opinionē de eo p̄tra quē loquit̄ p̄ter q̄ detractio ē denigratio alienę fame p occulta verba. ¶ Et nota q̄ aliq̄s potest famā alteri⁹ denigrare multipl̄r. ¶ Primo mō verū dicēdo t iuste. vtputa cū aliq̄s crimē alterius p̄dit ordine debito seruato ꝑm doctrinaz x̄pi docētis Mathei. xviij. Si aūt peccauerit in te frater tuus ꝑ est te sciente vade t corripe eū inter te et ipm solū. si te nō audierit adhibe vnū tecū vel duos vt in ore duoꝝ vel triū testiū stet oīe verbū. q̄ si nō audierit eos dic ecclesie. si aūt ecclesiā nō audierit. sit tibi sicut ethnicus t publican⁹. t tūc non tenet̄ ad restitutionē fame. ¶ Secūdo mō falsum dicēdo t iniuste. ¶ Tercio mō verū dicēdo ꝑ iniuste. p̄uta cū aliq̄s p̄dit crimē alicui⁹ p̄tra ordinē debitū. s. cōtra ordinē supradictū a x̄po constitutum ¶ Quarto mō quādo detractor peccatū alteri⁹ auget ỳbis suis ¶ Quinto mō quādo reuelat occultū q̄ nō essz reuelandū. ¶ Sexto mō negādo bonū alteri⁹ vl malicioſe reticendo. ¶ Septimo mō quādo illud q̄ ē bonū dicit mala intentiōe eē factū. Et q̄ inter res tales fama ē p̄ciosior. q̄ cuius defectū hō impedit a multis bene agendis. vñ Eccle. xlj. Curā habe de bono noie ꝑ magis p̄manebit tibi q̄ꝫ mille thesauri p̄cios⁹. Itē p̄uerb. xxij. Melius ē nomē bonū q̄ꝫ diuitie multe. Et ideo detractio p quā subtrahit bona fama ē grauis⁹ peccatuz q̄ꝫ furtū. Vñ Ambro. Fures inq̄t sunt tolerabiliores q̄ vestes t alia bona tpalia subripiūt. q̄ꝫ fures q̄ famā boni hominis lacerant. naz q̄ bona tpalia aufert satis faciliter potest illa restituere. ꝑ q̄ bonā famā aufert vix aut nūq̄ꝫ restitui potest. Nā expientia docēte si vn⁹ ribaldus detraxerit t scādalisauerit virū vl mulierē qualitercūq̄ꝫ innocentē. t si duodecim viri t mulieres ad ostendendū innocentiam p̄sone diffamate iurarēt p̄tra illū potius credit illi ribaldo simplici verbo falsissime detestāti p̄tra p̄sonā innocentē. q̄ꝫ illis duodecim fideliter iurantibus. tenet̄ tamen detractores de necessitate salutis inquantū sufficiunt ad restitutionē fame sine mendacio. tamen vtputa confitendo se falsum dixisse. siue male dixisse. siue iniuste eum diffamasse. Unde vt dicit beatus augustin⁹ et ponit in ca. xliij. questi. vj. si res. Si res inq̄t ꝓter quā peccatū fit restitui potest t nō restituit penitētia nō agitur sed simulatur si em veraciter agatur nō dimittitur peccatū nisi restituatur ablatū. hoc est vt dixi si restitui potest. Nec ille. Ideo et si non potest detractor famam restituere debet et aliter recompensare. sicut t in alijs iniurijs t humiliter ab eo venia postulare. ¶ Et insup est notandū q̄ detractio detestāda ē ꝓter multa mala. Et p̄mo ꝓter mala que veniūt ex detractione. ¶ Quoꝝ p̄mum ē. quia detractor quantū in se est p̄imū detrahendo interficit. Unde sup illud Leuitici. vij. Sanguinem quoq̄ oīnis animalis nō sumetis in cibuz. dicit glosa. Sanguinē comedit q̄ alienū peccatū detrahere delectat. Et ideo merito dicit Prouerbio. xxv. Remoue a te os prauū. t detrahētia labia p̄cul sint a te. ¶ Secundū malū ex detractiōe veniens ē q̄ audientē detractionē ac etiā illum cui detrahit quantū in se est detractor cū seipo detrahendo occidit. vnō Bern. li. ij. de p̄sideratione. Detractor inquit t libens auditor vterq̄ dyabolum portat in lingua. t sic tres vno cōuitio cōfundit. s. detractorē. detractū t libenter audientē. Et ideo lingua detractoris lingua tercia merito appellat. vnde Eccle. xxviij. Lingua tercia multos cōmouit. t illos dispsit de gente in gentez. ciuitates muratas diuitū destruxit. t domos magnatoꝝ effudit. virtutes populoꝝ concutit. t gentes fortes dissoluit. Lingua tercia mulieres fortes eiecit t priuauit laboribus suis. q̄ respicit illam nō habebit requiem nec habebit amicū in quo requiescat. Et ideo merito spiritussanctus organo vocis sapientissimi salomonis Prouerbioꝝ. xxiij. dicit. Cum detractoribus nō cōmiscearis. quoniā repente cōsurgit p̄ditio eoꝝ. et ruinam vtriusq̄ quis nouit. tam videlicet eius qui detrahit q̄ꝫ etiā illius qui aurē libenter accōmodat detrahēti. vnde Ambrosius. t ponit in canone. xj. questio. iij. non solū. Non solum inquit ille est reus qui falsum de alio p̄fert. sed et is q̄ aurem criminibus p̄bet. quod intelligendū ē nisi eum redarguerit. vnde Aug⁹. t ponit in cano. xiij. q. iij. qui potest. Qui inq̄t potest obuiare t p̄turbare p̄sonos et nō facit. nihil aliud q̄ꝫ fauore impietatis eoꝝ p̄sentit. Et sicut dicit ap̄lus ad Ro. j. Nō solū q̄ peccata agūt digni sunt morte. ꝑ etiā q̄ p̄sentiūt facientib⁹. Nō p̄sideras beatus bernardus ad eugenū papā sic scribit. Detrahere an detrahentē audire q̄d hoc dānabilius sit non facile discerno. Et ideo beatus Hiero. ad Nepotianū. Cane inquit ne aut lingua aut aures p̄uritēres habeas. id est aut ne ipe alios detrahas. aut alios audias detrahentes. nec illa iusta est excusatio referē tibus alijs iniuriam facere nō possuz. Nemo em iuste aurem p̄bet libenter auditori. sagitta enim in lapide nunq̄ꝫ figit̄. sed interdum resiliens repercutit dirigentē. discat detractor dum te videt nō libenter audire nō facile detrahere. Item beat⁹ augustinus in epistola ad Julianū comitem. Nō inquit accōmodas aures tuas ad p̄cipienda verba detrahentiū. Nō p̄cipias mortē in anima tua de.

neſcis cuius illorum eſt iſte quamdiu trāſeūt ſimul ſed ſi ad biuium veniant ⁊ vnus tranſeat vna via. ⁊ alius alia. tunc iſte ſeruus ſequens relicto alio ſuū proprium dominum ſequitur. et tunc manifeſte cognoſcere potes cuius illorum ſit ſeruus ille qui prius ambos ſequebatur. Sic ſpiritualiter duꝫ homo ſequitur deum per viam obſeruantie mandatorum eius. ac etiam ſequitur bona temporalia licitis laboribus ea acquirendo vt habeat ⁊ tribuat neceſſitatem patiēti. difficile eſt cognoſcere an homo iſte ſit ſeruus dei an ſeruus diuitiarum. an vltra plus diligat deum q̄ diuitias. ſed veniat ad vnum biuiū vbi ſunt due vie quarum vna ſeperatur ab alia. ſcilicet ad viam veritatis per quam tranſit deus. et ad viaꝫ falſitatis. ſcilicet furti. periurij ⁊ iniuſticie. per quā vt cōmuniter tranſeunt diuitie temporales. et tunc faciliter cognoſcetur an predictus ſeruus ſit ſeruus dei an ſeruus diuitiarum. ⁊ an diligat deuꝫ plus q̄ diuitias. Maꝫ in iſto articulo poſitus ſi dimiſſa via falſitatis ⁊ diuitiarum per viam veritatis ſequatur deum. manifeſtum eſt q̄ in hoc eſt ſeruus dei et non diuitiarum. ſed ſi econtra dimiſſa via veritatis trāſeat per viam falſitatis incendendo in furtum. periurium. et in iniuſticiam pro diuitijs obſequendis manifeſtum q̄ ſit ſeruus diuitiarum et non ſeruus dei. et diuitias magis q̄ deum diligit. ⁊ ideo cuꝫ homo ad biuium venerit ſummopere eſt cauenduꝫ. quia de talibus qui deo per viam veritatis ambulare dimiſſo per viam falſitatis ſequuntur auariciam loq̄tur Apoſtolus Judas in epiſtola ſua cano. dicens. Ve bis qui in viam cayn abierunt. ⁊ errore balaam mercede effuſi ſunt. vterq̄ enim iſtoruꝫ. ſ. cayn ⁊ balaam cum veniſſent ad biuium in quo aut deberent deum deſerere dimittendo viam veritatis. aut terrenas diuitias dimittendo viam falſitatis deum ⁊ viam veritatis dimiſerunt. ⁊ per viam falſitatis auariciam ſunt ſecuti.. Unde cayn auariciam ſequēs de peſſimis ſuis fructibus deo decimas reddidit. Balaā vero viā diuini precepti deſerēs ꝑplm dei filios iſrael ꝓpter munera regis balath ſuo peſſimo conſilio decepit. Unde ambo in dei benedictionem ⁊ in damnationem inciderunt eternam. vt patet Gene. iiij. ⁊ Numeri. xxiiij. ¶ Quarto pro caritatꝫ declaratione eſt ſpecialiter notandum q̄ caritatis ꝑfecte ſedecim ſunt conditiones quas ponit Apoſtol⁹ j. Corint. xiij. Quarum prima eſt iſta. Caritas patiens ē. hoc eſt caritas facit hominē in quo eſt patientem in malis ſibi illatis tolerandis. ¶ Secunda cōditio caritatis eſt q̄ caritas benigna eſt. hoc eſt caritas facit hominem in quo eſt benignuꝫ in bonis penes proximos indigentes deſiderabiliter impendē dis. Unde benignitas dicitur quaſi bona igneitas. quod fit quando ex igne caritatis animus hominis ſi liqueſcit q̄ bona habita non ſibi ſoli retinet ſed in alijs. ⁊ licet inimicis in articulo neceſſitatis libēter impartimur in conſilium apoſtoli. Roma xij. dicentis. Si eſurierit inimicus tuus ciba illuꝫ. ſi ſitit potum da illi. hec autem faciens carbones ignis ꝓgeres ſuper caput eius. id ē exempla caritatis ei preſtabis. Unde ſicut dicit Leo papa. Nihil eſt validius contra dyaboli dolos q̄ benignitas miſericordie ⁊ largitas caritatis per quam omne peccatum aut declinatur aut vincitur. ¶ Tertia conditio caritatis ē Non emulatur. hoc eſt caritas non facit hominem in quo eſt vlli homini inuidere. Unde emulor habet plures ſignificationes que in hoc verſu continent. Emulor inflatur. amat. inuidet ac imitatur. ¶ Quarta cōditio caritatis eſt iſta. Nō agit perperam. hoc eſt facit hominē in quo ē nullo modo agere peruerſe. Unde Auguſtinus in de laude caritatis. In caritate inquit pauper eſt diues. ſine caritate omnis diues eſt pauper. hec in aduerſitatibus tolerat. in proſperitatibus tēperat. in duris paſſionibus fortis eſt. in bonis operibus hilaris eſt. in temporalibus ditiſſima eſt. in hoſpitalitate latiſſima eſt. iter bonos fratres letiſſima eſt. inter malos ⁊ falſos patientiſſima eſt. ¶ Quinta cōditio caritatis eſt iſta. Non inflatꝫ. hoc ē caritas facit hominē in quo eſt tumore ſuꝑbie non inflari. Inflatus enī habet magnitudinē apparentem ꝛ nō exiſtentem. ſic ſuꝑbus ſibijpſi videtur magnus. cum tamē magnus nō ſit in veritate. vnde Apoca. iij. Dicis quia diues ſū ⁊ locupletat⁹ ⁊ nullius egeo. ⁊ neſcis quia tu miſer es ⁊ miſerabilis et nudus ⁊ cecus ⁊ pauper. ¶ Sexta conditio caritatis eſt iſta. Non eſt ambitioſa. hoc eſt caritas facit hominem dignitates mūdanas nō appetere. nec ꝑponi alijs deſiderare. ¶ Septima cōditio caritatis eſt. Nō querit q̄ ſua ſūt. hoc eſt facit hoiem in q̄ ē q̄ ſua ſunt nō querere. ſed potius q̄ ſūt ieſu xp̄t. nec ſibi ablata in ſcandalo repetere. quia nō ē amator diuitiarum temporalium. naꝫ caritatis ſublimitas nō prius apprehenditur q̄ id quod eſt ſibi aduerſariuꝫ ſubruatur. ⁊ quid tam inimicum operibus caritatis ſicut auaricia. de cuius radice omniū malorum germē emergit. vt teſtatur Apoſtolus. j. ad Thimot. vj. ⁊ ideo niſi illa cum ſuis radicibus euellatur. neceſſe vt in agro cordis illius in quo huius mali plāta cōualuit ſpine potius tribuliq̄ vitioſi q̄ vllum vere virtutis ſemen oriatur. Unde Bern. iij. floꝛ. c. xv. dicit q̄ caritas nō querit que ſua ſua ſunt. quia que ſua ſunt ſibi non deſunt. quis autem querit q̄d habet. caritatis que ſua ſunt. id eſt ꝓprie ſaluti neceſſaria nunq̄ nō habet nec ſolummodo habet ſed etiam abundanter habet. vult enī abundare ſibi vt poſſit et omnibus prebere. ſeruat ſibi quātum ſufficiat vt nulli deficiat. alioquin ſi plena nō eſt perfecta nō eſt. hec ille. ¶ Octaua conditio caritatis eſt. Nō irritatur. id eſt facit hominem in quo eſt ad iracundiam non prouocari. vnde ꝓbari caritas per odij aduerſitatem ſolet. vnde ⁊ pſemetipſam veritas dicit Luce. vj. Diligite inimicos veſtros benefacite his qui oderunt vos. benedicite maledicentibus vobis orate pro calumnijantibus vos. ¶ Nona cōditio caritatis eſt. non cogitat malum. id eſt non permittit hominē in quo eſt qualiter malum perficiat in opere cogitare qz magn⁹ amor dei de alio q̄ de deo cogitare nō ſinit. ſicut ſolet accidere fatue amātib⁹ q̄ nō poſſunt obliuiſci id quod amāt. Unde Bern. ſuper cantica. O inquit amor impetuoſe qui preter te aliud cogitare non ſinis. ¶ Decima conditio caritatis eſt non gaudet ſuper iniquitate. id eſt non permittit hominem peccare ex electione vel certa malicia que faciunt impium de malis ſuis gaudere. dicente ſcriptura Prouerbior. ij. Letantur cum ma

lefecerint ⁊ exultant in rebus peſſimis. ¶ Undecima conditio caritatis ē. Cōgaudet aūt veritati hoc eſt facit hominē gaudere de ſupportatiōe ⁊ manifeſtatione veritatis in eccl'ia dei. q̄ triplex eſt. ſ. veritatis vite. veritas doctrine ⁊ veritas iuſticie. ¶ Duodecima conditio caritatis eſt. omnia ſuffert. hoc eſt q̄ facit hominē in quo ē ꝓximi infirmitatē. paupertatem ⁊ neceſſitatē caritatiue pur facultates ſufficiūt ſupportare. Unde Apoſtol⁹ prima Johannis. iij. Qui habuerit ſubſtantiā huius mūdi. ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſitatē habere. ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo quomodo manet dei caritas in eo. q. di. nullo modo. ¶ Decimatertia conditio caritatis ē. omnia credit. hoc ē facit hominē in quo ē oīa credere q̄ ſunt diuinitus tradita. Credere vero omnia que tradunt ob omnibus leuitatis ē. Unde puer. xiij. Innocens. id eſt inſipiens credit omni verbo. Sed pro eo q̄ a deo nō poſſunt tradi falſa. ideo oīa q̄ ſūt diuinitus tradita. firmiter ſūt credēda ſed cuius quiſquis recte credat ſine caritate. tū nō pōt ad beatitudinem puenire vnde Gregor. ſup Ezech. omel. xxj. Eſt inquit in dilectione dei neceſſaria fides ⁊ vita. quia videlicet ſcriptum ē. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Et rurſum ē ſcriptum. Fides ſine operibus mortua eſt hec Greg. Item idē. Quicquid inquit latet et quicqd patet in diuinis ſcripturis totū refertur caritati. tenet enī ⁊ adimplet quicqd ꝓtinet in diuinis ſermonibus q̄ caritatē tenet in moribus. Hec ille. ¶ Decimaquarta conditio caritatis ē omnia ſperat. hoc eſt facit hominē in q̄ eſt omnia ſperare que veritas ꝓmittit. ⁊ ne ſpes frangatur q̄ dilatōnem. Ideo ſubdit decimāquintā conditionē dicēs. Omnia ſuſtinet. hoc ē caritas facit hominē in quo eſt ſuſtinere q̄ longanimitatē patienter expectando omnia diuinit⁹ promiſſa. Sed vt dicit beat⁹ Grego. in moral'. Adhuc agenda ⁊ pficienda valde extra patrum ⁊ ſacri eloquij monita ⁊ p̄cepta nos adiuuant q̄ enim ſanctorum opera inſpicimus ⁊ diuinis iuſſionibus aurem prebemus alia nobis cōtēplata. alia audita ſuccendunt. ⁊ cor noſtrum tempore nō ſtringunt dum imitatione prouocatur. Fidelis igitur q̄ſ q̄ ne in ea caritatis flamma deficiat in corde ſuo tā exempla ſanctorū p̄cedentiū q̄ ſacre ſcriptue teſtimonia congregare non deſiſtat. ¶ Decimaſexta cōditio eſt hec. caritas nūq̄ excidit. hoc eſt facit hominem in quo eſt a numero predeſtinatorum peccādo nō cadere. Iſtud tamē vt dicit Lyra aliqui male intelligentes dixerūt q̄ caritas ſemel habita non poteſt amitti quod falſum ē. quia angelo. id eſt epiſcopo epheſi. eccleſie dicit ſpiritusſanctus Apocal'. ij. ca. Habeo aduerſum te pauca q̄ caritatē tuam primam reliquiſti. ⁊ ideo ſic intelligitur dictus apoſtoli cum dicit. caritas nūq̄ excidit. id eſt vtens caritate a comitiua electorū peccando nō cadit. nam vt dicitur in flor. Barthol'. titulo de caritate. Animam in qua caritas habitat ſuppia nō inflat. inuidia non deuaſtat. ira nō diſſipat. triſticia mala nō vexat. auaricia nō excecat. gula nō inflammat. luxuria nō coinquinat. ſed caritas mentem illuminat. cōſcientiam mundat. animam letificat ⁊ deum aperte demonſtrat. hec ille.

Explicit ſeptima pars.

Incipit pars Octaua Cap. I

Ira eſt turbulentus animi appetitus auferēdi ea que facultatem ſue actionis impediunt. Et hec ira non ē erga hoies tantū ſed etiā aliquādo erga aliaſ res. ſicut iraſcimur calamo ſcribendo inepto eumq̄ collidimus atq̄ frangimus. Ac etiā iraſcimur aliquādo equo boui cani et aliis brutis animalibus contra appetitum noſtre voluntatis agentibus. ⁊ ſic de aliis rebus ſiue inſtrumētis. Et licet talis ira ſit aliqualis macula anime. quia eſt turbulentus motus animi cōtra rationem. nō tamen omnis huiuſmodi ira eſt peccatum mortale. Ipſa autem ira criminalis eſt qua quis appetit turbulente auferre hominē de medio vel eius membra amputare. vel eius poſſeſſiones iniuſte auferre. Augu. vero de diffinitiōibus dicit q̄ ira ē libido vel inordinatus appetit⁹ vindicandi. ¶ Pro quo notādū q̄ ſicut dicit Hoynkelech in libello ſuo de diffinitione ⁊ origine viciorū. vindicta pōt appeti bene vel male. Bene ſi reguletur ſm rationem ⁊ vocatur ira per zelum ſcōm beatū Greg. v. moral'. ⁊ iſta ira laudabilis eſt. ⁊ iſto modo viri ſancti aliquādo iraſcūtur peccatoribus ꝓpter eorum culpā ⁊ malicīam. ſicut matathias ꝓtra ydolatrātes. j. Machabeor. ij. Item moyſes ꝓtra ydolatriam filiorū iſrahel. Exod'. xxxij. ⁊ talis ira nō eſt peccatum. vñ Hotynghā ſup illud Matth. v. Oīs qui iraſcit fratri ſuo ⁊c. Ira inquit ſi ſit ꝓpter bonū nō eſt peccatum ſed virtus. q̄ nō eſt ex libidine vindicte ſed ex amore iuſticie ꝓcedit vñ pſ. Iraſcimini ⁊ nolite peccare ⁊c. Auguſtinus vero in libro retractionuz. Aliud eſt inquit iraſci fratri. ⁊ aliud culpe fratris. Non ei fratri iraſcitur qui culpe fratris iraſcitur. nam hec ira motus eſt moyſes in funes ioſue. petrus ceteriq̄ ſancti contra peccatores. vñ dominꝰ illos q̄ nō iraſcuntur nec obiurgant vicia peccātiū canes mutos vocat p ꝓpheram dicens. Canes muti nō valentes latrare Unde Ber. vj. flor. c. iiij. Si inquit nō iraſci vbi iraſcendū eſt. ⁊ nolle emendare. i. corrigere peccatum eſt. plus vero iraſci q̄ iraſcendū eſt. qō ſi malum eſt peccatum non emendare quomodo malum eſt peccatum peccato addere. nemo magis iram meretur q̄ qui ſe amicum ſimulans inimic⁹ reperitur. hec ille. Et ex iſtis patet q̄ ſacerdotes et ceteri qui habent peccata populi corrigere. licet poſſint meritorie contra peccata populi per zelum iraſci. tamen in corrigendo populum delinquentem deberēt iraz ſuam cum manſuetudine temperare. Unde Greg. ſuper euangelia omelia decimaſeptima. In ornamēto inquit tabernaculi biſtinctus coccus offerri precipit vt ante dei oculos caritas noſtra dei ⁊ proximi amore coleretur. Ille enim vere ſe diligit qui pure diligit ſuum auctorem. tunc vero coccus bis tingitur quando erga ſe ⁊ proximum amore veritatis animus inflammatur. ¶ Sed inter hec ſciendum eſt vt ſic exerceatur zelus certitudinis cōtra praua acta proximorum quatenus in feruore diſtinctionis nullo modo relinquat virtus māſuetudinis Ita etiam ſacerdotis actio nequaq̄ debet eſſe precepsꝰ p turbata. ſed magis ex conſilij grauitate mitigando

et portare illos debem⁹ quos corrigim⁹. ⁊ corrige-
re quos portam⁹. ne si ex ꝓtroꝫ vnū defuerit vt in
furore vel in mānsuetudine actio sacerdotalis nō sit.
Hinc namꝫ est q in templi ministerio in basib⁹ tē
pli sculpturio opere ⁊ leones ⁊ boues ⁊ cherubin ex
pressa sūt. Cherubin quoꝫ est plenitudo sciētie. sed
quid est q in basibus nec leones sine bobus. nec bo
ues sine leonib⁹ sūt. Quid eñ aliud designāt bases
in templo nisi sacerdotes in ecclesia. qui dū solicitu
dinez regiminis tolerāt quasi more basium superin
positum onus portant. In basibus igitur cherubin
expr̄imitur. q̄ docet nimirū vt sacerdotum pectora
plenitudine sciētie sint refecta. Per leones aūt ter-
roꝛ seueritatis per boues vero patiētia mānsuetudi-
nis figuratur. Itaqꝫ in basibus nec leones sine bo-
bus. nec boues sine leonibus expr̄imūtur. quia sem
per in sacerdotali pectore cum terrore seueritatis cu
stodire deberet virtus mansuetudinis. vt et irā mā
suetudo ꝓdiat. ⁊ eandē mānsuetudinē ne fortasse diſ
soluta sit zelus discretionis accēdat. hec Gregoꝛ⁹
Et ira ꝓtra vitia que ꝑdicto modo cū mānsuetudine
condit bona ē ⁊ cōmendabilis ⁊ carēs peccato. Ūñ
chriſo. ope. imper. ome. vndecīma sup illud Math.
v. Oñis q̄ iraſcitur fratri suo reꝰ erit iudicio. Qui
inquit cū causa iraſcit nō reus erit nam si nō iraſci
tur nec doctrina proficit nec iudicia nec crimia cō-
pescuntur. Iusta igitur ira mater ē discipline ⁊ ideo
nō peccat q̄ iraſcitur cum causa. sed econtra nisi ira-
tus fuerit grauiter peccat. q̄ patientia irrōabilis vi
tia semīnat ⁊ negligentiā nutrit. ⁊ nō solum malos.
sed etiam bonos inuitat ad malū. hec ille. ¶ Se
cūdo vt supra dicitur vindicta potest male appeti.
Unde vuynkelech vbi supra. Si inquit appetitus
vindicte fiat ꝓtra ordinez ratiōis vtpura si appetat
punire eum qui non meruit. vel vltra q̄ meruit. vel
non ꝑm legitimum ordinem vel non propter debi-
tum finem qui ē conseruatio iusticie ⁊ correctionis
erit appetitus vitiosus. ⁊ vocatur ira p vitium a be
ato Grego. li. v. moral. De hac enim ira viciosa que
duplex est loquitur Cassiodorus ⁊ ponitur florario
Bartho. titulo de ira. Ira inq̄t est duplex. scz venia
lis ⁊ mortalis. Uenialis ira ē q̄ ad officiū indigna-
tionis sue nō peruenit. sed subito accidit ⁊ statim re
cedit. Mortalis quippe ira est quādo cū deliberatō
ne ⁊ cum consensu rationis iraſcimur nō ꝓtra vitiuz
sed contra personaz. nec refrenātur timore nec amo
re diuino. Et licet in tali ira ab appetitu nostro im-
pediamur ab aliquo extrinseco. tamen constat nos
fratri crimen portare. ⁊ si nō possumus nostruz ap-
petitum perficere. Illa namꝫ ira malla est que men
tem turbat vt rectum consilium perdat. Humanuz
enim quidē ē irā surgere. sed dyabolicum est in ira
perseuerare. Unde Bernhardus. vj. floꝛ. ca. iiij. Af
fectio inquit naturalis ira hominū est. sed aburenti
bus bono nature grauis perditio est in miserāda p-
nitie. Occupemus igitur illam frēs in quibus ex-
pedit. ne forte ad iutilia illicitaqꝫ ꝓrūpat. Sic nimi
rum solet amorem amoꝛ expugnare. et timoꝛ timo-
re depelli. Dico vobis. non ego sed dominus. noli-
te iraſci eis qui transitoria vobis auferūt. qui conui
tia vobis inferunt. et qui ingerunt forte supplicia ⁊
preter hec nihil habent amplius quid faciant, osten
dam autem vobis cui debeatis iraſci. Iraſciminī ei
que sola vobis nocere potest. sola facere vt omnia
illa vobis non prosint. vultis scire q̄ nāqꝫ sit illa cer
te iniquitas propria. Ita dico vobis huic iraſcimi-
ni. nulla eni nocebit aduersitas si nulla dominet ini
quitas. qui huic pfecte iraſcitur ceteris non mouet.
Iraſcere ⁊ noli peccare. peccabis autē non minus
iraſcendo q̄ omnino nō iraſcendo. hec ille. Itē Cri
sostomus ope. imper. omet. xiij. pertinenter ad ꝓpo
situm ita scribit. Sicut inquit duas in nobis habe-
mus naturas. s. anime et carnis. sic et duas habem⁹
voluntates. vnam anime. alterā carnis. duasqꝫ iras
vnam anime alteram carnis. et natura quidem car
nis ab his oñibus nō potest separari. nam et neces
se est carnem iraſci et cōcupiscere et si nō vult. quo
niam nō est in arbitrio suo creata. sed sub lege pecca
ti venundata. Est enim sub peccato. propterea de il
la dicit apostolus. Sapientia carnis inimica ē apō
deum. legi enim dei subiecta nō est nec esse potest.
Anima autem in arbitrio suo creata est ⁊ scōm legē
iusticie dei propterea potest ⁊ non iraſci si vult. et
non concupiscere si vult. Quando igitur iraſcimur
et cōcupiscimus si displicem⁹ et sustinem⁹ reprime-
re vel iram nostram vel concupiscentiaz. manifestū
est q̄ caro nostra iraſcitur. sola, autem concupiscit ⁊
nō anima nostra. quando autem cōplacem⁹ nobis
in his et discernimus si poterim⁹ implere nostram
iracundiā vel concupiscentiā. tūc ⁊ anima iraſcitur
et concupiscit simul cum carne. propterea sciēs de-
us q̄ carnis natura iraſcitur que subdita ei nō ē nec
potest nō iraſci. Ideo nō mandat carni que mādat
sed anime. Quis enim sapiens sibi ponit ꝓceptum
qui et si vult non potest obedire. sed ad animā loq̄-
tur et anime mādat que potest deo in oñibus obe-
dire. q̄ pōt etiā i carne iraſcēte et cōcupiscente ipsa
nec iraſci nec ꝓcupiscere. Cum igitur loquitur de cō
cupiscentia anime loquitur dicens. Si quis viderit
mulierem ad concupiscendū eam iam mechatus est
eam in corde suo. Nam si q̄s cōcupierit scīm deside
rium ineuitabile carnis. sed si quis concupierit ꝑm
voluntatē anime ⁊ consensum discernens ⁊ statuēt
implere q̄ cupit ille. talis et si nihil gesserit iam ta
men corde adulter est ante deum qui forsan impedi
tus ab opere nō compunctus voluntate. hec ille.
¶ Et est insup notandū q̄ ꝑm Paris. sup. xvj. ca.
Apoc. Ire male quatuoꝛ sūt gradus. Primus gra-
dus est ira subita siue subitus motꝰ ire ante consen
sum in deliberatōem ratiōis. ⁊ talis ira venialis est
quādo refrenat ⁊ nō deducitur ad effectum ⁊ vocat
ꝓassio. Secūdus gradus ē quādo fit talis motus
ire cū cōsensu ⁊ deliberatione ⁊ ꝓpter zelum vindi-
cte vel aliud malum. sed tamē adhuc latēs in corde
nō prozūpit foras p verbum cōtumelioſum. vel fa-
ctum iniuriosum ⁊ talis ira est peccatum mortale.
De hac enim ira. Crisosto. ope. imper. omet. vndeci-
ma. Multi inquit sunt quoꝝ caro nō iraſcitur. ani
ma autē eorum iraſcitur cuiusmodi sunt illi qui vi-
dentur patientes ⁊ taciti. ⁊ tamē in cordis occulto
cogitant malum. ⁊ semp querunt oportunitatez no
cendi patrem dyabolum ad eorum damnationē cui
pabiliter imitātes. hec ille. Tertius gradus est quā
do ira deliberata procedit a corde vsqꝫ ad verba

ꝓtumelioſa.ꝫ tñ indeterminata vel facta ē iniurioſa. et tūc grauiꝰ ē pctm̄. Quartus gradus ē quando ira deliberata procedit a corde vſq; ad vba ꝓtumelioſa ſed certū cōuicium ſignantia. ⁊ tūc eſt grauiſſimus pecccatum. Hos eni tres vltimos gradus ire ponit xp̄us Math̄. v. dicēs. Omnis qui iraſcit fratri ſuo reus erit iudicio. q̄ aūt dixerit fratri ſuo racha reꝰ erit conſilio. qui autē dixerit fatue reꝰ erit gehēne ignis Sup quo Januēſis. In hoc inquit loco gradatim de minimis ad maiora cōſcenditur. quoniā ꝑ qualitate peccati vindicta cōminuatur. In primo eni loco vnū ſolummodo poſuit. ſ. iram. In ſecūdo duo ſcz iram ⁊ vocē cōmotionē animi ſignās. In tertio vero tria ſ. iram vocem ⁊ ꝓtumeliam. ſic igit maius peccatū eſt dicere fatue q̄ ſolummodo iraſci vel dicere racha. ſed grauius eſt eſſe reum gehenne ignis q̄ reum eſſe conſilio vel iudicio. In iudicio eni cauſa diſcutitur. ⁊ is qui reus putabat nōnunq̄ innocens inuenietur. In cōſilio vero ſi quis reus conuictus fuerit qua pena puniatur ab alijs tractatur et adhuc euadere ſolet. In gehenna aut̄ ignis nulla eſt liberatio. ⁊ ideo in retributōe pene quāritas peccati deſignatur. Hec Januenſis in ſuo catholicon parte. v. vbi racha ¶ Super quo Lyra. Hic inquit ſaluatoꝛ ponit triplicē gradum ire Primꝰ eſt in coꝛde. ⁊ notatur cū dicitur. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. id eſt dignus accuſatōe coꝛā iudicibus tractanda. Secūdus gradus ē in oꝛe per verbū cōtumelioſum. ſed tamē confuſum ⁊ indeterminatū. q̄ notatur cū dicitur. Qui autem dixerit fratri ſuo racha reus erit conſilio. i. ſentētia damnatiōis ſm conſiliū ⁊ decretū iudicū ꝓferēda. Eſt ei racha interiectio indignationē animi ſignās. Tertiꝰ gradus eſt quādo ꝓceditur ad verbum contumelioſuꝫ. certum conuicium ſignans ⁊ determinatū. qui gradus notatur cum dicitur. Qui autem dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehenne ignis. Sed hoc tamē intelligēdum eſt quādo huiuſmodi verba contumelioſa ꝓferūtur ad cōtemptum pſone. Nā ad caritatiuam coꝛrectionē culpe licite ⁊ ſine peccato huiuſmodi verba ꝓferre poſſunt. Unde Luce. vlti. ca. dixit xp̄s duobꝰ diſcipulis ſuis O ſtulti ⁊ tardi coꝛde ad credēdum. Item ad Galat. iij. cap̄. dixit apoſtolus. O inſenſati galathe quis vos feſtinauit nō obedire veritati. iſta verba ſunt ꝓtumelioſa bono tamē zelo dicta. Primus gradus ē minoꝛis culpe q̄ ſecundus et ſecūdꝰ minoꝛis culpe q̄ tertiꝰ. Et iō prio gradui minoꝛ pena determinat̄ cum dicitur. Reus erit conſilio. quia minus eſt q̄ aliquis coꝛam iudicibus accuſetur ⁊ iudices congregentur ⁊ ſedeant ad determinandum penam ſiue cauſam alicuiꝰ trangreſſionis legis cum adhuc locus defenſionis datur q̄ q̄ iam ſit ad ſupplicium iudicatus quod ponitur in ſecundo caſu cū dicit. Reus erit iudicio. Sed adhuc minus eſt q̄ aliquis ſit ad ſupplicium indeterminatum adiudicatꝰ cū adhuc poteſt fieri pene mitigatō q̄ q̄ ſit extremo ⁊ determinaro ſupplicio damnatꝰ. quod notat̄ cuꝫ dicit. Reus erit gehenne ignis. vbi nulla eſt ſententie dilatio. nec ſupplicij mitigatio. et licet ſolo huic tertio gradui ire ſit hic explicite pena gehenne ignis limitata. tamen vt dicit Hotynghā. ſup eodem. nō eſt intelligēdū q̄ ſolū iſte tertiꝰ gradus ire ē puniēdus pena infernali ſed etiā duo p̄cedentes. quia omnia illa ꝓia ſunt peccata mortalia. Sed diuerſi ſūt gradꝰ hic nominati ꝑ quibꝰ diuerſi gradus pene debentur in inferno. ⁊ incipit a leuioꝛi ſcz a iudicio. quia ꝑ iudiciū intelligit cauſe diſcuſſionē. Per conſiliū cauſe diffinitionē. ⁊ per gehenne ignis ſentētie executionē. licet omnes mereant pene eterne executionē. hec ille. Et cum vt ex predict̄ patet ira ſit appetitus vindicte conſtat q̄ ira opponitur virtuti māſuetudinis. que ē pars virtutis temperantie. ⁊ ptinet ad tranſgreſſionē quinti mandati quo dicitur. Non occides. qꝛ p hoc ꝓhibentur oīa nocumēta que poſſunt inferri in pſonā ꝓximi. Unde Mathei. v. capitu. Dominus irā reduxit ad trāſgreſſionē illius mādati cū dixit. Audiſtis quia dictū eſt antiq̄s nō occides. Ego aut̄ dico vobis. omnis qui iraſcitur fratri ſuo erit reus iudi. ⁊ cetera ¶ Ad deteſtationē eni iſtius peccati ire ꝛ vlteriꝰ in prefato textu ⁊ poca. q̄ ſeptimus angelus effudit phialā ſuam in aerem. id eſt p̄dicatoꝛ verbi dei ſeptimo loco p̄dicauit cōtra peccatū ire. Unde ſequit. Et exiuit vox magna de templo. id eſt exhortatio ⁊ cōminatio magna ſanctoꝝ doctoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ ꝓtra ſeptem peccata ⁊ vicia. vox dico exiens a throno. id eſt a doctoꝛibus qui ex officio ſedent in throno. id eſt i cathedra magiſtrali dicēs. Factū ē. i. ꝓſummata ē malicia mūdi vt veniat finis eiꝰ. Et ſequit. Facta eſt ciuitas magna in tres ptes ⁊ multe ciuitates ceciderūt. Sup quo ꝛvaldeby in expoſitōe oꝛōis dominice. ſicut inquit in p̄cipio mūdi regnauit luxuria. ſic in fine mūdi regnabit ira. q̄ tāta erit q̄ nō ſolum gēs cōtra gentem. ⁊ regnum contra regnuꝫ. ꝫ etiā ſecta cōtra ſectā inſurget. In q̄ pflictu pereūte ſecta machometi regnabūt tantū tres ſecte. ſ. pagani iudei ⁊ xp̄iani. in quas tanq̄ in tres ptes ciuitas magna. ſ. ciuitas huius mundi diuidetur. que tamē per miſericoꝛdiā dei reducentur ad fidem chriſtianoꝝ quando fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtoꝛ. tamen durante hac tribulatione multe ciuitates cadēt id ē multe ſecte p̄ticipales deſtruentur. Et ſicut luxuria in p̄ncipio mundi fuit punita i aqua. ſic ira punietur in fine mundi in igne vñ pē. Dominus i ira ſua conturbabit eos ⁊ deuoꝛabit eos ignis. Ad deſtructionem igitur huius peccati ſm formam et oꝛdinem ſupradictoꝝ aliꝝ ſex peccatoꝝ capitalium tria ſunt hic ſpecialia notabilia effunden da.

Capitulum II

PRimum enim notabile cōtra peccatū ire effundendum erit de motiuo multiplici huiꝰ peccati deteſtationem patule oſtēſiue. ¶ Pro quo notandum q̄ inter cetera quatuoꝛ tangēda ſunt hic motiua ſpecialia oſtēdētia hoc peccatū eſſe minime deteſtanduꝫ ¶ Quoꝝ primum eſt multiplex ꝓhibitio ſacre ſcripture hoc vitiū prohibentis. Unde Geneſ. xlij. Nec iraſcimini in via. verbū enim iſtud quo ad litteram eſt verbum ioſeph ad frēs ſuos ad patrem ituros ſic ⁊ nos fratres ſumꝰ ⁊ in via ad patrē noſtrum celeſtem ⁊ iudicem tendentes qui iuſticiaꝫ nobis plenarie exhibebit. ſingulis eni diebus vnā dictā faci-

mus ad patrem et iudicem nostrum celestem. q̄ ante omnia vult nos pacificos esse in via. Vñ Math. v. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es cum eo in via. ne forte tradat te aduersarius tu⁹ iudici. et iudex tradat ministro et in carcerem mittaris. Amē dico tibi. nō exeas inde donec reddas nouissimum quadrantē. Sup quo beat⁹ Augustin⁹ in de verbis domini. sermone primo. Quis inquit est iste aduersarius cui docet nos xp̄us ꝓsentire nūq̄d mūd⁹. nū quid caro. vel nunquid dyabolus. cum isti dicuntur nostri tres capitales inimici. qui nos semp instigāt ad malum. nunq̄d xp̄us nos vult instigationib⁹ isto rum inimicorum consentire. certum est q̄ nō. Quis igitur inquit angel⁹ est iste aduersar⁹ cui vult nos xp̄us ꝓsentire. et respondet dicēs. Si peccas aduer sarius tuus sermo dei est. verbi gratia. Forsitan de lectat te inebriari. dicit tibi sermo dei. noli delectat te spectare et nugari. ille dicit tibi noli. delectat te ad ulterari. dicit tibi sermo dei noli aduersarius est ser mo dei voluntati tue. o q̄ bonus et q̄ vtilis est ser uus iste. non querit nostram voluntatem sed vtilita tem. aduersarius est nobis. q̄diu sumus et ipi nobis aduersarij. q̄diu tibi tu inimicus es inimicū habes sermonē dei. Esto tibi amicus et concordasti cum il lo. non homicidium feceris audi et cōcordasti. Nō falsum testimonium dicas. audi et concordasti. Nō concupiscas vxorem proximi tui. audi et concorda sti. In his omnibus cum isto aduersario concorda sti. eriā et quid perdidisti non solū nihil non pdidi. sti. sed et teipsum qui perieras inuenisti. Esto igitur aduersario esto consentiens dum es in via. id est in vita ista. ne forte tradat te iudici. id ē christo. cui vt dicitur Johannis. v. Pater omne iudicium dedit filio. Et sicut dicit notinghā. sermo dei contempt⁹ suum cōtemptorē accusabit in die iudicij christo iu dici. et xp̄us tunc tradet ptemptorē verbi sui mini stro id est dyabolo qui est excecutor diuine iusticie. et tunc mittet contemptorem verbi dei in carcerem id est in infernum a quo nunq̄ exibit. sed si inquit augustinus cōcordauerim⁹ cum illo aduersario no stro sermone dei in vita ista. tunc finita vita ista non timebimus iudicem nostrum. quia tunc pro iudice inuenietemus patrem misericordie. et pro ministro an gelum benignissimum qui tollet te non ad penales carcerē. sed ad gaudiuz eternum. Item iram prohi bet scriptura Job. xxxvj. dicens. Non superet te ira vt aliquem opprimas. in quo verbo innuitur q̄ ira est hostis nos im pugnans. magis enim timere de bemus superari ab ira q̄ a quocunq̄ homine. quia quicquid potest inferre iniuriator minus ē q̄ mors anime quam interficit iracundia. dicente scriptura Job. v. Virum stultum interficit iracundia. Item iram prohibet scriptura Ecclesiasti. vij. dicens. Nō sis velox ad irascendum. Item Jacobi. j. Sit om nis homo velox ad audiendum. tardus autem ad loquendum. et tardus ad iram. Velox ad iram quis dicitur dupliciter. Uno modo quia velox est ad sali endum in ignem ire. et cuiusmodi sunt tales qui de facili irascūtur. Alio modo dicitur aliquis velox ad iram. sicut equus dicitur velox ad calcaria. et bos ad stimulum multum velox est ad iram. quia ira stimu latus subito transibit cabos magnū quod est inter iram et pacem. inter odium et amorem. inter simili tudinem et dissimilitudinem cum ista maxime im mo per distantiam infinitam distant vt est ostensuz per Linco. supra pte. quita ca. xij. vbi agitur de dila tione conuersionis. et in illo vbi agit de quarto mo tiuo mouente peccatorem ad accelerationem con uersionis. Item multum velox est ad iram qui qua si in puncto transibit a porta paradisi. s. a gratia ad portam inferni. s. ad peccatum mortale. Dicit petr̄ mortale porta inferni Math. xvj. vbi dicit. Et porte infer;nō preualebunt aduersus eā. q; nihil ē medi;ū inter petr̄ mortale et infernū. nō paries luteus i. corpus de luto plasmatū. q; q̄ cito anima descen dit a corpe in pctō mortali. tam cito est in inferno. Unde Job. xxj. Ducūt in bonis dies suos. et in pū cto ad inferna descēdunt. Item bene potest dici ve lox ad iram qui iracundia stimulatus subito salit a superficie terre ad profundū inferni. Ex quo teste ia nuensi a superficie terre ad in infernu; sunt miliaria tria milia ducenta quadragintaquinq̄. Item iram prohibet scriptura Prouerbi. xxv. Aufer rubiginē de argento. i. odium de corde. et egreditur vas puris simum auferenda est eni ira de corde. quia est ignis infernalis bona anime exurēs. vnde Prouerbio. vj Munq̄ pōt homo abscondere ignem in sinu suo. id est iram in corde suo. et vestimenta eius non ardeāt virtutes aie non consumentur. Et ideo merito di cit apostolus ad Roma. xij. Non vosmetipsos de fendentes sed date locum ire. cum enim ira ignis fit ab iracundis debemus inq̄tum sufficimus nosmet ipsos elongare si noluerimus igne iracūdie nostras virtutes exuri. Et ideo vt dicitur puer. xx. Honor est homini qui separat se a contentionibus.

¶ Secundo detestāda est ira ꝓpter mala que ex ipsa sepius oriuntur. Primo nanq̄ de ira insurgūt rixe et frequenter homicidia subsequuntur. Unde Gene. iiij. legitur. q̄ cayn iratus fratrem suum abel interfecit et sequebatur vltio diuina incontinenti. q; clamor sanguinis abel peruenit ad deum. qui iratus versus cayn ait. vindictā sumam de te maledictus eris sup terram. Item. j. Reg. xv. legitur de abime lech qui cum iratus esset contra populum in israel in ira sua q̄plures eorum interfecit. Cui ait domi nus per samuelem ꝓpheta. sicut fecit absq̄ liberꝫ mulieres gladius tuus. sic absq̄ liberis erit mater tua. Secundus malum quod ex ira oriꝫ est q̄ vitam decurtat humanam. Unde Eccles. xxx. zelus et ira cundia minuunt dies. Tertium malum est q̄ iurgia et lites generat. et p hec tria pax turbat. et spūsanct⁹ contristatur. Unde de primo dr Prouerbi. xxvj. Si cut carbones ad prunas et ligna ad ignes. sic vir ira cundus suscitans rixas. Pro secundo dicitur Eccl. xxviij. Homo iracundus incendit litem et vir pecca tor turbat amicos et in medio pacem habentiū im mittit inimicitias. Et pro tertio dicitur ad Ephes. iiij. Nolite ꝓtristare spiritūsanctum. Unde Greg. Dum ira inquit animū pulsat spūsancto suam ha bitationem turbat. Quartum malum est q̄ ira est via et ianua ad omne malum. Unde Aug. sup Leui. Ira inquit est ianua omniū viciorū quam qui clau sam tenet virtutibus parat ingressum. et quam qui apertam habet in omne facinus armatur. vñ puer

biorũ.xxix. Vir iracundus prouocat rixas. & qui ad indignationẽ facilis est erit ad peccata prochiuior. ¶ Tertio detestanda est ira ꝓ eo ꝙ deo vehemẽter displicet dyabolo valde placet. ꝓmo nimis iniuriatur & ꝓprio subiecto multipliciter nocet. De ꝓmo ꝺr Eccĩ. xxvij. Ira & furor vtraq; execrabilia sũt. sup ple deo ¶ Pro quo notãdũ. ꝙ sex de causis ira deo vehemẽter displicet. Pmo q; hospitũ eius turbat. Vnde ad Ephes. iiij. Nolite ꝯristare spm̃sanctum Greg. Dum inquit ira animũ pulsat. spũsancto habitationẽ turbat. immo. s. patrẽ & filiũ & spm̃sctm̃ de hospitio expellit. & dyabolum introducit. nã sicut i pace factus ẽ locus dei. sic in ira factus ẽ locus dyaboli. Secũdo ira ymaginẽ dei in tẽplo eius dissipat et ymaginẽ dyaboli in loco eius collocat. Vñ super illud Job. v. Virũ stultũ interficit iracundia. Greg. Mansuetudo inquit in nobis ymaginez dei seruat cũ semp tranq̃llus ẽ. Sed ira ymaginẽ dei dissipat et multis vtutibus ꝑuat. que dũ quietẽ mẽtis tollit spũsanct⁹ ibi nõ quiescit. Et ꝙ m̃tũ displiceat deo cũ ymago eius in homĩe dissipat. patet ex hoc ꝙ beatus Aug. sup illud ps̃. In ciuitate tua ymaginem ipozũ ad nihilũ rediges. merito inquit Aug. ymaginem ipozum ad nihilũ rediget deus i celesti ciuitate. quia ipsi in sua terrestri ciuitate imaginẽ dei ad nihilum redigerunt. Itẽ nũquid magnũ pctm̃ reputaretur si q̃s imaginẽ crucifixi in ecclesia dissiparet et ydolũ alicui⁹ demonis in loco ei⁹ ꝓ eo poneret. Tertio displicet ira deo quia templũ dei incẽdit. vñ ps̃. Incenderũt igne sanctuariũ tuũ. j. ad Chozint. xxx. Nescitis quoniã tẽplũ dei est is vos & spũsanct⁹ habitat in vobis. Si quis tẽplũ dei violauerit dispdet eũ domin⁹ de⁹. Quarto displicet ira deo. quia nullum vicium magis ꝓtemnit deũ q̃ ira. Vnde de homine irato potest intelligi illud Iob. xv. c. Terendit aduersus deum manũ suam & contra omnipotẽtem roboratus est cucurrit aduersus deũ erecto collo. Vnde Holkot in lectura libri sapientie. lectiõe centesima vicesimaseptima. Ira inquit subtrahit a deo effectum sue potentie. nã conuenit deo ratione sue potẽtie culpas iudicialiter vindicare bonos spiritualiter inhabitare. & eis liberaliter bona sua largiri. sed oñibus istis tribus iniuriatur deo iracũdus primo aufert a deo vindictã. q; ira ẽ inordinat⁹ appetitus vindicte. Et vt testatur apls ad Romanos xij. dicit. Mihi vindictã et ego retribuã dicit dominus. Item Deutro. xxxij. Mea est vltio & ego retribuam. Dominus enĩ spẽaliter duo reseruat sibi ipsi scz glozĩã. iuxta illud Isaie. xlij. Gloziam meã alteri non dabo & vindictam. vt supza dicitur. sed alteram istarum supbus alteram iracũdus sibi aufert. ¶ Secundo iracundus deo iniuriatur. quia expellit eum a quiete sue habitationis. De qua psalmista. In pace factus est locus eius. Ira autem pacem destruit ꝙturbat. vñ ꝓuer. xv. c. Vir iracũd⁹ ꝓuocat rixas. ¶ Tertio ira deo iniuriatur impediendo ne legatus dei stare posset. Legauit enim deus pacem hominibus Johannis decimoquarto capitulo. dicẽs. Pacem meam relinquo vobis pacem meaz do vobis. et ideo vir iracundus qui legatum dei impedit. est excomunicatus et a seruis xp̃i tanq̃ excommunicatus merito fugiendus. Vnde Prouerbiorum. vicesimosecundo capitulo. Noli esse amicus homini iracundo neq; ambules cum viro furioso. Et quantus ad secundũ q̃uor de cãusis etiã ira placet valde dyabolo. ¶ Primo quia ira valde potens est ad impugnationem hominum & destructionem boni. est enim ira ignis spiritualis. Vnde sicut ignis materialis potentior est ad destructionẽ & cõsumptionẽ q̃ alia elementa. & ideo malicioſi homines qui multum volunt destruere terram inimicorũ suorũ igne pugnant. similiter demones in inferno sic ignis ire potẽs est ad destructionẽ bonoz operũ domin⁹ etiam ignez amoris accendere & ardere voluit in mundo. iuxta illud Luc. xij. Ignẽ veni mittere in terrã et quid volo nisi vt ardeat. Ignem etiam istum misit ad destructionem ignis dyaboli. s. ignis ire. De igne enĩ ire potest intelligi illõ Joel. j. Ad te domine clamaui qa ignis comedit speciosa deserti. pulcriozem eius partem deserti comedit. s. nobiles & diuites quo ad mundum speciosos. vnde Ecclesiastĩ. xxviij. Scõm enĩ ligna silue sic ignis exardescit. & fm virtutem hominis sic iracundia illius erit. & fm substantiã suam exaltabit iram suam. ¶ Secundo ira placet dyabolo in hoc ꝙ cecitatem facit in homine. Vnde sicut ꝓput dicitur Prouerbiorũ xiij. Sic ceptus est regi. s. celesti minister intelligens. sic dyabolo acceptus est minister cecus. Dyabolus enĩ similis est cozuo. quia sicut cozuus veniens ad cedauer primo currit ad oculos. sic dyabolus vult homĩnẽ ꝓmo excecare. sciẽs ꝙ postea ꝑcipitare poterit eũ ad libitum in foueã peccati. ¶ Tertio ira placet dyabolo. quia per iram multum dominatur dyabolus hoi. non enim timet homo iratus facere que dyabolus precipit sibi quantumcunq; magnum sit peccatum. nõ parcit patri nec matri. vxoi nec filijs quin quandoq; proijciat eos in ignem iracũdie. Et ideo dicitur Prouerbiorũ. xvij. Expedit magis vsse occurrere raptis fetibus q̃ fatuo scz iracundo confidẽti in stulticia sua. ¶ Quarto placet ira dyabolo quia cum hoc vitio non lucratur dyabolus vnum & vnũ sed aliquando totam domum. aliquando totam ciuitatem. et aliquando totam patriam siue regnum Vnde iracundus rixas prouocat more canis alios mozdendo. et latratu suo alios ad iram concitando vnde Prouerbiorũ. vij. Vir iracundus ꝓuocat rixas qui autem patiens est mitigat suscitatas. ¶ Et quantũ ad tertiuz scz ꝙ ira proximo nimis iniuriat patet ex hoc ꝙ fere omnia mala que inferũt homines proximis ex ire vitio pullulantur. & ideo deberet homo se multuz temperare ab ira. quia nisi hoc fecerit intolerabilis erit suis proximis. Vnde Prouerbiorũ. xxvij. Graue est saxũ. & onerosa est arena sed ira stulti vtroq; grauior. Item in eodẽ capitulo. Impetuz concitati spiritus sustinere quis poterit. Item Prouerbiorũ. xxviij. Spiritum ad irascẽduz facilem quis poterit sustinere. Homo enim iracundus precipue est onerosus amicis suis & familiaribus. vnde Prouerbiorum. xxij. Noli esse amic⁹ homini iracundo. Dicit Holkot in lectura libri. Sapientie lectione. cxxvij. ꝙ ira subtrahit proximo affectum debite beniuolentie. tenetur enim homo salua re substantiã. famam & personam. sed cõtra ista ira compellit ad ꝓuocandum proximũ in substãtia de

piedando.in fama diffamãdo.z in psona crudeliter cruciãdo.vnde Ecclesiastici.xxvij. Ira z furor vtraq; execrabilia.quia vt dicit Ecclesiastici. xxviij. Obturgatio z ira annihilant substantiã.Dicit ei aristoteles li.iij.de aialibus q apis cum amiserit aculeũ cito moritur.sic spiritualiter est de iracundo appetitiuo vindicte.dum enim exercet maliciam suam cõtra primũ ope eũ ledendo in substãtia,psona vel fama,pus spũal'r interficit seipm.vñ Job.v. Virum stultũ interficit iracũdia.Et quãtũ ad quartũ.scz q ira ppio obiecto multiplicit nocet ptz.Nã primo vitã suam abbreuiat.Unde Eccli.xxx.zelus z iracundia minuũt substantiã. Secũdo nocet qui possessiones minuit.Nam hõ iracundus aliquando p vna alapa perdit centum libras.vñ Eccli'a.xx.Obturgatio z iniuria annihilabunt substantiam.Tertio ira ppio nocet subiecto.q; seipsuz excecat.vñ Job.vij Caligauit ab indignatione oculꝰ meus. Itẽ pñ.Supercecidit ignis z nõ viderũt solem. Ignis eni ire nõ pmittit hominẽ videre solem iusticie.vnde pñ. Turbatꝰ est a furore oculus meꝰ. Holkot eni vbi prius.ira inquit ppio subiecto subtrahit tria bona Primo nãq; destruit honestatẽ corporalis dispositionis.vñ quãtũcunq; hõ sit psona pulcra ira eum in suo impetu deformat.nã oculos subuertit.gene nimis rubee vel nimis pallide efficiũtur.gestus ẽ tremulus lingua cespitat.z totus homo dehonestatur Et ideo seneca secũdo de ira. Proficeret inquit iratis aspicere speculuz .vt imago repcussa oñderet suam deformitatẽ.qz vt dicit idem.iij.de ira.nulla facies vere quãtũcũq; agitetur ẽ ita turpis sicut hois ira flagrantis Secũdo ira ppio sbiecto nocet.qz impedit potestatem naturalis rõnis. Unde poeta. Ira impedit animũ ne possit cernere verũ.z iõ dyabolus facit cũ iracũdis sicut astutꝰ piscatoz qui qñ vult pisces decipe turbat aquam.z tũc est securꝰ q pisces nõ poterũt preuidere rhete suum.Eodẽ modo dyabolus in quamcunq; congregationẽ immittit turbationẽ p aliquẽ iracundũ in totam pgregationem et tunc ducit eos ad peccata z malicias excogitandas sicut sibi placet.z totã reddit fatuã pgregationẽ.Dicit eni aristoti. v. topicoꝝ q iracibilis nõ imperat rationali nisi cũ fuerit puersa ania hominis.z ita ẽ quãdo puersa fuerit anima ira dominatur et nũq; alias.Dicit eni Aristo.j. elencoruz q ira ẽ cautela specialis sophiste vt videlicet puocet sociũ ad iram.qz vt dictũ ẽ.ira impedit animum ne possit cernere verum.Talꝰ eni sophista ẽ dyabolus de q̃ dr Eccli.xxxvij.Qui sophistice loquit odibilis ẽ deo Tertio ira minuit quãtitatẽ vitaꝰ durationis.vñ aialia excessiue melancolie sunt naturaliter breuis vite.sic patet de cane et,b ẽ qđ dr Eccli.xxx. zelus z iracundia minuũt dies z ante tẽpꝰ senectã adducent.vnde antiqui dixerũt irã esse breuem insaniam.vt dicit Seneca.iij de ira. Quarto detestanda est ira.qz hoiem manifeste infatuat.qđ patet ex hoc q cũ frater eiꝰ dicat ei durũ verbũ.z ex alia parte inimicus eiꝰ dyabolus patus ẽ cũ gladio ire euz vsq; ad coz pcutere.quo nõ obstante .ipse eni nsbil oino de gladio dyaboli ptimescit.sed solum verbuz fratris attendit z psiderat.Et ideo merito dr Job, v.Virum stultum interficit iracundia,

Capitulum III

Sequitur secunduz notabile peccati ire in quo restat illiꝰ peccati spẽs declarare. Pro quo notãdum q ista ira sex species ptinẽtur quas beatꝰ Greg.xiij.moza. sex filias ire nũcupat.Quarũ pma ẽ indignatio.Secunda tumoz mentis.Tertia clamoz inordinatus. Quarta blasphemia.Quinta ptumelia.Sexta ẽ rixa.Quarũ specierũ ratio z ordo põt sic accipi. Primo iratus illum ptra quẽ iascit reputat indignum vt sibi offensa condonet ecce indignatio q̃ est pma spẽs ire.Secũdo iratus cogitat diuersas vias vindicte vt se vindicet de illo cui iascit.z talibus cogitationibus replet animũ suũ. Unde Job.xv. Implebit ardoze stomachũ suuz.z sic ponit tumoz mẽtis que ẽ secũda spẽs ire.Tertio iratus demonstrat irã suam in oze.z sic ponit tertia spẽs.s.clamoz inordinatus p quẽ intelligitur ptumelioza pfusa z inde determinata locutio vt supradictũ ẽ de illo qui dixerit fratri suo racha.Quarto iratus prozũpit in verba iniuriosa z determinata.que si sint ptra deũ dicuntur blasphemia.que ẽ quarta species ire.Si vero sint contra proximum dicũtur contumelia.que ẽ quinta species ire.de qua supradictũ est de illo q̃ dixerit fratri suo fatue. Ultimo aũt iratus pcedit ad factũ peruersum an inferendum illi cui iascitur nocumentũ.z sic ozitur sexta species ire.s.rixa p quaz intelliguntur omnia nocumenta q̃ ex rixa primis inferuntur ꝛc.

Capitulum IIII

Prima igitur species ire est indignatio.Et est indignatio turbulentus animi motus quo iratꝰ appetit se de illo contra quem iascitur vindicare.sed attendat talis qui hac specie ire pturbatur q spiritussanctus dicit ozgano vocis sapientissimi salomonis puer. xxvij.qui vindicari vult a domino inueniet vindictam z peccata illius seruans seruabit.s.vsq; in diẽ iudicij.in quo teste apostolo Jacq.ij.Judiciũ eni sine misericordia fiet illi qui non fecerit misericordiã et ideo merito dicitur Deutero.xxxij.ne dicas reddam malum p malo.expecta dominũ z liberabit te Itẽ Job.xxxvj.Nõ te supet ira nec aliquẽ oppmas sed fm psilium spũssancti Eccle.xxviij.Remitte proximo nocenti te.z tũc deprecãti peccata tibi soluentur.q.d.alter nõ.vñ Eccli.xxviij.Homo homi seruat iram z a deo querit medelam.i.in hominẽ similem sibi nõ habet misericordiam.z de peccatis suis deprecabitur ipse dum caro sit reseruat iram z propitiationẽ petit a deo.quis exorabit p delictis illius quasi diceret nullꝰ nisi frustra pro illo orat.Unde de talibus potest intelligi illud Jhere.xv. capitulo. Si steterit Moyses z Samuel coram me non est anima mea ad populum istum.Super quo Gregoriꝰ Quid est q moyses et samuel ceteris patribus i postulatione pferuntur nisi q isti duo tm in omni testamẽti veteris serie etiam leguntur pro inimicis orasse vnꝰ.s.moyses qui qñ populus voluisset eum lapidibus obruere tamen ipse est p se volentibus lapidare orauit,vt patet. Numeri.xvij.z per Petrum

comestorē sup eodē. Alter. s. samuel de suo pncipatu eiecit. z tñ p ppl'o ipm eiciente orauit. d. Absit a me hoc pctm vt cessem orare p vobis vt patet. j. Reg. xij. Et nota q octo de causis spāl' debēt homo iniurias sibi illatas libenter ac gaudenter dimittere. vt oīsuz ē supra pte. iiij. ca. xxvij. vbi agitur de scdo ope miscōie spūalis. Dictis ibidē adijciēdo qđ Crisost. dicit. z ponit. i floz. Bartho de indulgētia delinquētiū. Mras inqt oīs iniurias nobis ab inimicis illatas siue in dictis siue in factis magnanimiter sustinere debemus. dei aūt iniurias vel ptemptum vsqz ad auditū sufferre qm in ꝓpijs iniurijs quēplā esse patiētē laudabile ē. iniurias āt dei dissimulare nimis impiū est. hec ille. Item idem eme. xij sup illud Math. vij. nolite iudicare z nō iudicabimini. Hic inquit sermo non est positus de proximis nō iudicandis qui peccant in deum. sed q̄ nos peccant. qui enī nō iudicat ꝓximum ꝓpter peccatū qđ fecit in eum. illū nec de⁹ iudicat ꝓpter peccatum qđ fecit in ipm. sed dimittet deus debitū eius sicut z ipe dimisit debitoribus suis. si vero nō rogati dimiseritis peccata ꝓximis vestris. sed solo dei respectu. z deus ex se prius q̄z rogetur a vobis dimittet vobis peccata vestra. si aūt rogati venīā dederitis ꝓximis. z tunc deus dabit vobis venīā cum dignis pcibus z congrua lamentatōe eum rogabitis. Unde dñs Math. vij. In qua mēsura mēsi fuerit̄ remetiet̄ vobis. vnusquisqz enī talē indulgentiā acceptur⁹ ē a deo. qualem ipe fecerit ꝓximo suo veritate attestante que ait. Si dimiseritis hominib⁹ peccata eoruz dimittet z vobis pater ve. ce. pec. ves. Ille igitur recte delicti sui venīā postulat qui prius hoc qđ in ipo delinquitur relaxat. qui enī in se peccāti clementer indulserit nullū peccati vestigiū in illi⁹ anima remanebit. via quippe valde congrua ad obtinendū a domino remissionē peccatoz̄ est remissio iniuriarū. certissime nāqz indulgētiā sperare poterit qui alijs indulgere nouit Hñ Eccli. xxviij. remitte ꝓximo nocenti te z tūc tibi deprecanti pctā soluentur. hec ibi. Et sequit. nunquid tenemur alijs dimittere peccata qui nec volunt nobis satisfacere. nec etiam venīā postulare. Rñdet Inno. papa. q illi qui nōdum assumpserūt votū pfectiōis tenentur rancorē cordis deponere. sed non tenentur ex necessitate salutis saeiffactionē debitam pdonare. immo bene lz in pfectis petere res suas z debita z satisfactionē iniuriarum pfertim vbi credūt hoc magis pficere detinētiū vel auferentiū siue delinquētium saluti. illi aūt qui assumpserūt votū pfectionis debēt etiā nō petenti modis omnib⁹ indulgere. perfectorum nanqz est omnia oībus corde puro. vultu iocundo sine restauratione iniuriarū satisfactōe z sine cūctis pcibus oībus ꝓpijs debitoribus indulgere insuper z sua eis tribuere si indigeāt. z obsequia caritatis humiliter exhibere. Unde quosdā in statu pfectionis ꝓstitutos qui sua cū lite solebant repetere increpat apl's. j. Cor. vj. dicens. Jam quidē omno delictum est in vobis eo q̄ iudicia habetis inter vos. quare nō magis iniuriam accipitis quare non magis fraudem patimini. s. q̄ cōtendere ꝓ iniuria illata. siue p te detenta. sed licet in statu pfectionis sint licite. tamē sua repetere possunt simpliciter sine lite. sine iudicio. z sine oīi rancore cordis vel cōtentione. Infirmis vero licet repetere sua cōmouēdo causam ante iudicē ꝓtra fratrē nō tamē ꝓtentione vel fraudulenter. vnde cū dicim⁹. Dimitte nobis debita nostra si. z nos dimit. de. no. intelligendum ē hoc nobis dictum a xp̄o de debito delicti z non de debito damni. hec ibi. Sed forte hic dicit aliq̄s iracundus se excusans Inimicus inquit meus tēptat me vltra id qđ possum. inuidet inquit mihi. odit me et quasi ꝓtinue multis nocumentis ad iracundiam me ꝓuocat. bona mea iniuste auferendo p mendacium z detractionem me scandalizando. z malicio se corpus meū acriter z violenter puniendo. immo intantum q̄ multotiens tedet me vite mee. z ista de cā nō possum ire resistere. sed appeto de eo vindictā videre. tñ q̄ potentior me ē. ideo cogor iniurias sufferre. quia mea potentia nō cōrñdet voluntati. rogo tamē deus iustū iudicē vt sibi retribuat vindictā de eo sumendo. z hoc videt licitū cū scribatur ℣ po ca. vj. Anias sanctoz̄ interfectoz̄ ꝓpter verbū dei et ꝓpter testimoniū iesu xp̄i clamare voce magna z dicere. Usqz quo dño sanctus z ver⁹ vsqz quo nō vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terra Pro isto dico q̄ falsum assumis in pncipio cum dicis q̄ ꝓpter iniuriā tibi factā non potes ire tue resistere presertim cū dicat apl's. j. Cor. x. q̄ deus non patietur hominē temptari supra id qđ potest. ß esto q̄ vexet te inimicus tu⁹ sicut dicis memor esto tribulationis sancti iob nō loquētis stultū qđ ptra deum. z p̄pa aīam tuā ad temptationē libenter tēptationē patiēdo. p inimico tuo orando. z vindictā p tibi illata iniuria nō petendo. Et q̄tum ad illō apoca. qđ allegas sanctos de inimicis petere vindictaz Dico q̄ btūs aug. in de. q. ve. z no. legis querit quō sancti clamāt vindictā de inimicis qui iubent a xp̄o p inimicis orare. Et rñdet ibi. d. q̄ sic z nō aliter anie occisoz̄ clamēt vindictā. postulātes se vindicari sicut sanguis abel clamauit de terra. Cause igitur sūt inquit que clamare debent cum loqui non possent. Sanguis enī effusus iniuste quid aliud q̄z vindicari se postulat clamās nō voce sed rōne. hec Aug.

Capitulum V

Ecunda species ire ē

